

terna gloria donari. Pueris vero mori proximos solo oleo consignati; si vero absque ista olei consignatione cor mori consigerit; quinquaginta dierum continentia parentibus decernitur. Georg. Arbel. Quæst. 20.

Græci salvia quoque utuntur, aliasque ceremonias nostris similes habent. Has tum ipsi, tum alii Orientales juxta propria Euchologia servare debent, nec sine Apostolica Sedis dispensatione possunt omittere. Hæc vero, qui has ceremonias spernant, ineptique habeant, que in Sacramentorum administratione usurpentur, sunt Baptismatis suscipiendi incapaces, ex declaratione Apostolicae Sedis, ut cap. 5. §. 1. de Sac. Christi. Rit. exposuimus.

Nota. Cum quisque teneatur propriæ Ecclesiæ ritum servare, si qui sunt Orientales, qui ceremoniam aliquam, sive aliquod Sacramentale, v. g. *Salem* juxta proprium Rituale adhibere non soleant, Constitutionibus illis, quæ sunt de ritibus Magdalenibus, quo ad hanc partem non obligantur. Nam hæc Latinorum rituum observationem præcipiunt; ad omnes vero spectant ea parte, quæ debita Ecclesiæ ceremoniis venerationem præcipiunt.

Orientalium plerique solent post Baptisma Confirmationem, ac Eucharistiam etiam parvulis administrare. Id vero Græco-Italici, & Albanenses Confess. *Pastoralis*, interdicitur: prohibentur enim presbyteri Baptizantes confirmare, §. 2. nu. 1. & n. 7. hæc habentur: *Cum administratio Sacramenti Eucharistiæ, quod sub una, vel sub utraque specie infans in Baptismo, & pueri in Missis solum Græci exhibere, nihil contra fidem, bonisque mores consistat (admodum idem Græci credunt, fructusque veniant, Communionem hujusmodi non esse necessariam ad salutem, & Baptismum sine Communionem valide, ac licite posse administrari): quia tamen ad decemiam, & reverentiam Sacramenti magis expedit, si illud eisdem denegetur: propterea ne Græci, vel Albanenses Græci ritus Eucharistiæ Sacramentum sub una, vel sub utraque specie infantibus rationis usu carentibus in Baptismo, aut pueris in missa ministrarent, interdicitur, ac prohibetur;* Id etiam vetitum fuit Maronitis in Synodo ant. 1736. in Monte Libano coacta, atque Apostolicæ Sedis auctoritate confirmata ant. 1742. Id ergo contra Ecclesiæ præceptum agerent, si baptizando, pueris Confirmationem illico, ac Eucharistiam administrarent.

At hujusmodi consuetudinem Apostolica Sedes in aliis Orientalibus tolerat, atque permittit; ut constat tum ex supra citatis verbis; tum etiam ex illis, quæ alibi ex Conc. Later. sub Innoc. III. celebrato attulimus: ubi probantur mores, consuetudineque Græcorum, aliorumque Orientalium, que neque fidei, neque honestati adverserent: At mos confirmandi, ac Eucharistiam administrandi pueris illico post Baptisma antiquior laudato Concilio, neque fides, neque honestati contrarius est. Immo etiam in Latina Ecclesia quandoque viguit: Nam in Sacramentario, quod Gregorio Magno adjudicatur, habetur: *non prohibentur infantes lacrum ante sacram Communionem, si necesse fuerit: Et in ordine Romano.*

quem cruditorum plerique paulo post Gregorii Sacramentarium scriptum existimant; Baptizatis pueris ab Episcopo Confirmationem, & Eucharistiam conferri consueverit perhibetur. Quamobrem Tridentina Synodus sess. 22. c. 4. ait: *Parvulos ante rationis usum nulla obligari necessitate ad hoc Sacramentum suscipiendum, nec tamen damnandam esse antiquitatem, si eum morem aliquando servari.* Hæc adnotare necessarium duxi, ne ob ejusmodi consuetudinem a Nostris erroris infundantur, vel reprehendantur Orientales.

Curandum vero est, ut ex nonnullorum Orientalium mentibus prava hæc de re opinionem tollantur. Neque enim dici potest Confirmationem ad Baptismi essentiam pertinere, ut hæretici nonnulli Armeni, teste Galano, arbitratur; neque Eucharistiam necessariam esse parvulis ad salutem, ut opinari creduntur Syri nonnulli; neque de jure divino hæc tria Sacramenta esse conjungenda: Qui enim ita sentiunt in manifesta hæresi versantur. Nam Orthodoxa fides docet, atque Ecclesia semper professæ est, eos, qui vel a Laicis in casu necessitatis, vel a Diacono ex commissione, sive de licentia Episcopi, juxta præscriptum Canonum Ecclesiæ Græcæ, & Tertulliani doctrinam, baptizati sint, verum Sacramentum regenerationis recipere, siveque gloriæ capaces, & hæredes: Tunc vero conferri solus baptismatis Sacramentum. De Laicis patet, ut constat etiam de Diacono; quia certum est, diaconos nunquam potuisse Confirmationem conferre, neque Eucharistiam conferre: Ergo dum ab illis baptismum conferre abintente Sacerdote, & Episcopo, alia duo Sacramenta conferri non poterant. Pluribus vero collatum fuisse colligimus ex eo, quod Canones antiqui, & Tertullianus asserunt, Baptismi Ministerium Episcoporum, vel de licentia Episcopi Presbyterum, vel Diaconum. Sed res explorata est ex historia Ecclesiastica, & ex illis, que Hieron. in Dialogo contra Luciferum ait, ut infra dicemus.

Ut Latini reprehendere nequeunt Orientales, ita Orientales Latinos arguere non debent, quod antiquam disciplinam mutaverint. Nam usus conjungendi tria hæc Sacramenta ex eo ortus est, quod antiquis temporibus, in quibus stas diebus, hoc est, in Pascha, Pentecoste, ac etiam Epiphania, vel in alia sollempnitatibus, baptizabantur, qui sollempni baptismi initiabantur, omnes ferè essent adulti, quibus tria Sacramenta successè conferrebantur: Quo factum est, ut in officis Sacramentorum, hæc tria conjuncta ponerentur; & cum ejusmodi officii diu Ecclesia usum in Sacramentorum administratione, per plura secula etiam pueris sollempni Baptisma suscipiendis duo alia Sacramenta tribuere consuevit. At Ecclesiæ Latina, dum sine Fidei scindale, & commotione disciplina mutari potuit, fatigum duxit, ita hæc Sacramenta conjungere; ac Confirmationem tunc tantum conferre cum homines ad rationis usum pervenissent; Eucharistiam vero tunc tantum, cum homines distinguere poterint inter spirituales, ac materiales cibum; atque tanti Sacramenti efficaciam intelligere. Vide infra de Confirmatione, & Eucharistia. ☩



## TRACTATUS DE CONFIRMATIONE.

I.



onfirmatio est Sacramentum a Christo institutum, quo baptizati corroborantur ad fortiter tenendam, & fortiter profendam. (1)

II. Ejus materia remota est *Christi confessio ex oleo & balsamo per Episcopum benedictionis hujus Sacramenti & majorem utilitatem sufficientis ob actualem devotionem.* Expedit autem pueros tempore confirmari atqueam innocentia baptismali existant; modo suscipi Sacramenti non iterandi meminisse possint, cujusque excellentiam & utilitatem agnoscat.

VI. Patrinus adhiberi debet, ex lege, seu consuetudine Ecclesiæ, que in variis canonibus exprimitur. Et quidem unus tantum sive vir, sive mulier, c. Non plures, de consecr. distinct. 4. circa quod nihil innovavit Conc. Trid. debetque esse confirmatus, seu confirmata, c. In baptizate; eod. tit. Quæst. I. An quilibet adultus tenetur Confirmationem recipere data opportunitate?

Resp. Multi negant; sed Tolerus & alii affirmant, & probant, 1. Ex cura & sollicitudine Apostolorum. Actor.

(1) Confirmationem Sacramentum esse novæ Legis constat tum ex definitione Trid. sess. 7. Can. 1. tum ex Actum 8. illis verbis: Imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum. Inb. Eccl. 6. §. 2.

Conferitur hoc Sacramentum impositione manuum Episcopi, & prece. Quandoquam illud instituerit

sanctificantis; & virtutum annexarum. 2. Auxilia quadam specialia ad fidem fortiter profendam cura quovis periculo, & ad superandas tentationes contra illam. 3. Character.

V. Confirmationis capaces sunt omnes & soli baptizati, etiam infantes, quibus primis Ecclesiæ sacculis conferrebat. Nunc tamen in Ecclesia Latina differtur usque ad usum rationis ad majorem reverentiam hujus Sacramenti & majorem utilitatem sufficientis ob actualem devotionem. Expedit autem pueros tempore confirmari atqueam innocentia baptismali existant; modo suscipi Sacramenti non iterandi meminisse possint, cujusque excellentiam & utilitatem agnoscat.

VI. Patrinus adhiberi debet, ex lege, seu consuetudine Ecclesiæ, que in variis canonibus exprimitur. Et quidem unus tantum sive vir, sive mulier, c. Non plures, de consecr. distinct. 4. circa quod nihil innovavit Conc. Trid. debetque esse confirmatus, seu confirmata, c. In baptizate; eod. tit. Quæst. I. An quilibet adultus tenetur Confirmationem recipere data opportunitate?

Resp. Multi negant; sed Tolerus & alii affirmant, & probant, 1. Ex cura & sollicitudine Apostolorum. Actor.

Christus, qui unicus auctor est Sacramentorum, incertum; nam tunc cum imposuisset manus capiti puerarum, Matt. 19. non iniecerit tantum, non ministraverit; immo in ultima cena cum dixit Apostollis, Accipite Spiritum Sanctum; nam tandem ipsa Pentecostes die, ignoratur. Ibid. §. 5.



Cor. 8. ut baptizatus conferretur. 2. Ex c. Omnes de consec. dist. 3. Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum Sanctum post Baptismum accipere debent: ut plene christiani inventantur. Et ex S. Cyr. epist. 72. *Ungi quoque necesse est eum, qui baptizatus sit, ut accepto christiano, id est unctioe, esse unctus Dei, & habere in se Christi gratiam possit.* 3. Ex Conc. Laodic. can. 48. *Quod oportet eos, qui baptizantur, christina Ecclesie accipere.* Ex Conc. Mediol. IV. sub S. Carolo, *Si qui neglexerit (eius susceptionem) Canonici subiacet disciplina.* At negligit qui data opportunitate non suscipit, ut per se & ex contextu patet. Et ex Conc. Rhemensi an. 1583. *Monent parochi, Sacramentum Confirmationis non debere negligi, vel pretermitti a vobis Christianis.* 4. Ex canonicis penitentialibus, qui trium annorum penitentiam imponunt parentibus, quorum negligentia filius sine Confirmatione decessit. 5. Quia hoc Sacramentum institutum est, ut medium per secerum & ordinatum ad dandum robur & perfectionem vite christiane, & non solum ad fidem coram tyrannide foriter professandam, sed etiam ad vincendas tentationes contra fidem; a quibus nemo adultus immunus est. (1) Ergo Christus voluit ut ab omnibus susciperetur; & qui illud, cum potest, non suscipit non satis consultus fuit esse, sed illam ac auxilium divinum negligere merito censetur: ergo peccat.

Certo apud omnes confitetur, esse saltem culpam venialem hoc Sacramentum tunc omittitur, cum talis omnino fit irrationalis quaedam prodigalitas spiritualis. Morale vero si omittitur sine ex contemptu, ut si quis illud, cum potest, non suscipit, vel vile aut puerile existimet se illi suscipere: sine cum scandalo, ut si quis ita se publico gerat, ut alius exhibeat speciem contemptus.

Item constat, Episcopum teneri sub mortali illud non raro admittit: nam cum sit pastor animarum, teneri illis ex officio per se subministrare media, quae Christus instituit ad earum salutem, vel perfectionem, ac spiritualium utilitatem, per ipsum suppeditanda. (2)

(1) Bened. XIV. in Inst. Eccl. 6. §. 7. ait, quod quamquam gratia prociogiorum, quam olim hoc Sacramentum infundebat, modo cessavit, id non amplius exigente Ecclesia, gratia tamen sanctificantis donum modo pariter datur, S. August. teste, de Baptism. lib. 3. c. 16. *Qua tamen gratia Sacramentum recipientibus amodo peccati obice confertur, ut si postea gratia procedentis augmentum. Pro ducta etiam robur, & firmitatem quamdam spiritualium virtutum, quibus Diabolo resistant.*  
Et ibidem: *characterem imprimi indubitum, quod datur potestas quaedam spiritualis in ordine ad aliqua gerenda quae a perfectionibus agenda sunt: ex*

De Orientali Ecclesia circa Confirmationem disciplina.

Orientalis Ecclesia Confirmationem esse Sacramentum a Baptismo diversum una cum Orthodoxo adversus etatis nostrae Novatores ultra fatetur. De Graecis nemo dubitat: quippe id manifestum fit ex eorum Eulogiois, ex testimoniis Symeonis Thea-lonicensis, Georgii Protodynelli, Hieremie Patriarchae Constantinopolitani, aliorumque de Resacmentaria Scripturam, atque ex damnatione confessionis Cyrilli Lucae, in qua ex Sacramentorum numero Confirmatio explodebatur. Quam confessionem refutavit Constantinopolitana Ecclesia an. 1635. Synodus Beccensis 1638. Leocothensis 1658. & Hierosolymitana anno 1672. De Nestorianis quoque constat. *Quidquid enim fit de praxi, seu potius errore recentiorum, ex libris eorum ostendi potest utrumque Sacramentum, hoc est Baptisma, & Confirmationem, apud illos extare, vel saltem existisse, inquit Assen. dist. de Syris Nestorianis pag. 273. to. 3. part. 2. Bibl. Orient. Nam in eorum Rituali Baptismi, & apud Eliam Ambarentem centuria 4. c. 31. apud Georgium Arbelensem in lib. declar. Off. Ecclesiasticorum tract. 5. de Bapt. cap. 5. & apud alios Scriptores rectam de Sacramento Confirmationis fidem expositam legimus. De Syris Maronitis quoque res est explorata: Cophti quoque, & Abissini illud retinere, ut Jacobite Syri, alique Syriaci rursus gentes. Inter Armenos, quamvis Hieronimus nulli cum Varrano Confirmationem soleant cum Baptismo confundere, tamen ex eorumdem libris palam est, Confirmationem haberi pro vero Sacramento, quo Spiritus Sancti robur, & fortitudo baptizatis confertur, ut Christianam fidem firmiter teneant, animoque invicto professantur, ut ex his, quae infra dicemus, apparet. Immo Auctor de fidei perpetuitate refert professionem fidei Usani Episcopi Erivanensis, Jacobi Armenorum Patriarchae, & Onuphrii Archiepiscopi Aemetenis, in qua Confirmationem verum esse a Christo Domino institutum Sacramentum testantur. Legitur modum tantum explicandum suscipimus, quo rite iuxta propriae Ecclesiae consuetudinem ab Orientalibus ministrare oportet.*

quo fit ut reiterari non possit.  
(2) Tamen tempore pestis, et morbo affectis non tenetur Episcopus hoc Sacramentum ministrare, cum hoc Sacramentum hoc non sit absolute necessitatis. Lambertinus de Synodo Diocesi. lib. 13. c. 19. §. 6. nov. edit. *Ibidemque §. 77. habetur, quod in Confirmatione tempore pestis non potest fieri inunctio frontis mediant penicillo, nec sane valet sic collata, cum ex consensu omnium Theologorum ad valorem requiritur aliqua manus impositio, quae tertia non ferret cum alio medio, quam pollice, vel manu confirmandi frontis oleo linetur.*

S. I. De materia.

Circa hujus Sacramenti materiam, missis factis Scholasticorum lites, quae ad eruditionem potius, quam usum spectare videntur, ac tantum expliciter, quae ad valide, ac licite Sacramentum hoc perficiendum desiderantur. Primo vero statim, reprehendi non posse Orientales, quod in hoc conficiendo Sacramento manuum impositionem, ab ea, quae fit in configuratione frontis diversam non adhibeant, quiddam nonnulli eruditum cum Sirmondo contra opinentur. Quamquam enim Apostoli manus impositione confirmantur, ut legitur Act. 8. eaque uti sunt Episcopi eorum Successores, quemadmodum testantur Firmil. Epist. I. 75. inter Cyprianicas, Cyprian Epist. 73. Tertul. lib. de Bapt. cap. 8. alique Patres; tamen negari non potest manuum impositionem, quae necessaria sit, ipsa frontis configuratione contineri. Patet id ex I. 3. Const. Apost. c. 15. ubi Confirmationis ritus ita describitur: *In manus impositione caput ipsius, (hoc est baptizati) unget Episcopus: hic enim illius vice impositionis manus mentio occurrat, quae Baptizatus ungitur. Hinc Innocentius III. cap. Cum venisset, inquit: Per frontis Confirmationem manus impositio designatur, quae alio modo dicitur Confirmatio. Innocent. IV. Epist. ad Othobem Cardinalem Apollonicae Sedis in Regno Cypri Legatum, manus impositionem, tribit frontis Confirmatione representat. Et Eugenius IV. in decreto pro Armenis, ait: Loco illius manus impositionis (de qua Act. VIII.) datur in Ecclesia Confirmatio. Ergo rite Confirmatio perficitur etiam alia a frontis configuratione distincta manuum impositio non adhibetur.*

Præter hanc manuum impositionem etiam unctio necessaria est hujus Sacramenti materia. Illius unctiois mentio occurrat in Scriptura. II. ad Cor. 1. v. 21. *Qui confirmat nos Christus, & qui unxit nos Deus, qui significavit nos, & dedit signum Spiritus Sancti in cordibus nostris: quae verba Confirmationis Sacramentum designare, tradunt Cyrillus Hierosolym. Ambrosius, Theodoretus, & Primasius, atque hujusmodi unctiois, ut ex Apostolis, & Christo Domino derivate, mentionem faciunt Irenaeus lib. 1. contra haer. c. 18. Auctor. Const. Ap. I. 3. c. 16. Dionysius Arcopagita de Eccl. Hierarchia c. 2. Theophilus Antiochenus, Tertullianus, Cyprianus, Patres denique omnes tum Latini, tum Graeci, atque omnes tum Occidentales, tum Orientales Ecclesiae Rituales libri, five antiqui, five recentiores, qui unctiois modum praescribunt.*

Unctio haec, ut ex Florentino Concil. definitum habemus, ex Chrismate fieri debet, confecto ex oleo, quod nitorem significat scientia, & balsamo, quod odorem significat bonae fame, per Episcopum benedictum. Oleum unanimi consensu Theologi afferunt debere esse olivarium; addendum vero esse balsamum ex precepto negari non potest. Nam praeterquam quod id exprimitur in supra citato Eugenii IV. decreto, omnia Eulogia Graecorum, omnes Rituales Praefationes, omnes Graeci, atque Latini, oleo cum balsamo admixto sacrum Chrisma perficiendum esse docent. Num vero balsamum oleo misceri debeat necessitate Azoine Theol. Mor. Tom. III. P. I.

Sacramenti, dissentiant invicem Theologi; neque controversia Ecclesiae iudicio definita est. Concilium enim Florentinum, inquit Bellar. I. 2. de Conf. non expressit, quomodo requiratur balsamum, sed dicit materiam esse oleum cum balsamo, ut etiam dixerat, in Eucharia materia esse vinum cum aqua, & tamen fatentur omnes aequum non esse se de essentia, ut sine casu irritum Sacramentum. At quamquam Ecclesia non damnavit eorum opinionem, qui putant, balsamum ad hujus Sacramenti essentiam non pertinere; tamen cum supra laudatis ex decreto Armenorum verberatis dicitur Chrisma ex oleo confectum & balsamo, cum Patres omnes, qui unctiois hujusmodi meminerint, vel balsamum expresse designaverint, vel satis illud indicaverint, appellando unctiois materiam Chrisma, Unguentum, & Myron: cum denique in Eulogiois omnibus, omnibusque Ritualibus etiam balsamum pro principali materiae parte hujus Sacramenti praescribatur, quasi certo confidat posse videri balsamum ad Sacramenti essentiam pertinere, atque adeo collatum sine balsamo Sacramentum esse irritum, & iterandum; id videri fieri debet sub conditione, quod contraria opinio ab Ecclesia non sit damnata, & a Bellarmino, Natale Alexandro, aliisque doctissimis viris propugnata. Non est necessarium balsamum Syriacum, & Palestinum, sed sufficit indicum, quod accidentarie tantum ab illo differt ex peritissimorum medicorum attestante, ut afferat Basilii Pontius par. 1. c. 1. Vanroy q. 4. affirmavitque Paulus III. & adnotavit Sylvius in q. 72. art. 2. Lupus in Consult. v. Calumniam Photiana, & Bened. XIV. not. 183. in fer. v. Maj. heb.

Latini oleo atque balsamo Chrisma conficiunt, nec eis licet quidem aliud addere; Graeci, vero, alique Orientales praeter vinum, alias quoque fragrantium rerum species Christum admiscunt. Graeci, ut ex eorum Pontificali ab Hacio Habert notis illustrato, circa fides, & ex Gossio p. 636. liquet, ultra vinum triginta tres alias fragrantium rerum species adhibet; alii vero Orientales pauciores. Id vero natum volo, ne hanc ob rem Orientales reprehendantur, ut Galanus, vir licet doctissimus, reprehendit Armenos ob vini mixturem. Antiquum enim esse, ac probatum hujus mixturem consuetudinem, tum Graecorum Euchologiae demonstrant, tum Graeci Patres docent. Dionysius enim oleo lupracitio expresse vini meminit, ac tum ipse, tum Basilus, tum alii testantur oleo & balsamo odora etiam nonnulla aromata fuisse permixta; sapienter etiam ac magna cum ratione a Patribus in Synodo Zamociae anno 1700. §. 2. de Confir. animadvertendum fuit, quiddam herbarum Balsamo adiciatur, extendendum esse, ut maxima pars Christum semper sit oleum Balsamo mixtum. Vide Epist. Bened. XIV. saepe laudatam.

Chrisma consecratum esse debet ab Episcopo uti, 111. dicemus. Lis est inter Theologos, num consecratio haec ad Sacramenti valorem, aut ex precepto necessaria sit. Nos nostra non fit, controversiam dirimere, sed ea praescribere, quae ad rite Sacramentum perficiendum desiderantur, contra statutum, non licere Confirmationem Chrismate non consecrato conferre, atque ita collatum, dubium esse, & sub conditione iterandum Sacramentum, ob communionem



sentiam, que nullum irritum esse tuetur, si sine consecrato Chrifmate conficitur.

Neque Chrifma tantum, sed illius applicatio, que materia proxima vocatur, considerata est, ut, que ad rite Sacramentum hoc consecrandum requiritur, sint explicata. Unctio hæc fit in fronte, eoque christiani homines moventur, non esse eis e-resubendum nomine Chrifmi coram omnibus confiteri juxta robur & vim, quam a Spiritu Sancto in hujus Sacramenti susceptione recipiunt. Ad perficiendum Sacramentum necessaria est: tum quia hac unctio manus impositio, quæ utebantur Apostoli, dum baptizatis Spiritum Sanctum tribuebant, comprehenditur, aut saltem representatur, ut supra inuimus; tum etiam quia Ecclesia semper frontis unctioe hujusmodi Sacramentum contulit. Patet ex l. 3. Const. Apof. c. sup. cit. ex Tertul. l. 3. contra Marcionem, ubi Confirmationem vocat *Signaculum frontis*, ex Cyrillo cathec. 2. ex Innocentio. l. in Epist. ad Decentium, ex Conc. II. Gen. can. 7. ex Patribus reliquis, atque ex constanti, & perpetuo omnium Ecclesiarum usu. Igitur unctio hæc ad Sacramenti essentiam pertinet.

In frontis unctioe signum Crucis fieri debere Græcorum Euchologia, ac Latinorum Rituales præscribunt. Hujus ritus mentio occurrit in Const. Apof. l. 3. cir. in Epist. 73. Cypriani, & apud Patres fere omnes, qui de hac unctioe scriperunt; quomobrem ex Apostolis originem trahere haud immerito conjicimus. S. Tho. S. Bonav. Scotus, Bellarminus, alique ad Sacramenti essentiam spectare arbitrantur; alii vero, & quidem doctissimi viri ceremoniam esse a jure ab Ecclesia Apostolorum ætate præscriptam, quia non ad substantiam, sed ad modum conferendi Sacramenti modum ab Ecclesia esse stabilitum. Sed ut res se habeat, certum est graviter peccare, qui hoc Crucis signum unguendo non adhibeant, tum quod contra Ecclesie præceptum agant, tum quod Sacramentum administrando tutiore sequi tenentur opinione, tum denique, quia suspectum redderet Sacramentum ob gravissimum Theologorum autoritatem, qui signum Crucis ad Confirmationis essentiam pertinere docent; & quia signum Crucis unguendo perficiendum in forma a Florentina Synodo præscripta per hæc verba exprimitur, *signo te signo Crucis*. Quomobrem dubium saltem esset sine eo administratum Sacramentum, ac *sub conditione iterandum*.

In Orientalium Confirmationis forma non exprimitur signum Crucis; unguendum vero esse baptizatum in fronte signo Crucis omnes Rituales præscribunt, & designat etiam Græca vox *σφραγίς*. In Græcorum forma postea, que latina *signaculum* creditur. A Græcis non solum formam, sed etiam oculi, nares, os, & aures ungi solet; atque in Euchologia nonnullis anguntur etiam alie partes, hoc est, interior manuum yola, atque cor, sive pectus, & pedes; verum hæc desiderari in vetustissimis Euchologiis, tradunt Arcudius lib. 2. de Sac. pag. 59. & Isaac Habert. in Pontific. Græcorum pag. 709. Armeni quoque unguere frontem, oculos, aures, os, manus ungi yola, pectus, scapulas, atque pedes. Consuetudo unguendi plures partes in Ecclesia Orientali antiqua est: quippe istius consuetudinis mentio fit a Cy-

rillo Cathecisti tertii, a Basilio, & a II. Synodo can. 7. Igitur nequeunt ob hujusmodi usum Orientales reprehendi, si credant sola frontis consuetudine hujus Sacramenti essentiam contineri, sed tenentur unctioes in eorum Rituales præscriptas eo præcepto adhibere, quod propria Ecclesie ritus servare obligantur.

*Nota.* Syri Nestoriani materiam Chrifmatis solo oleo olive componunt, balsamum, aut alia aromatum species nequaquam admittunt. Ita Abdesjuf Sobenis, & Timæus secundus cap. 3. de Bapt. fact. 12. cap. 53. & Joannes Zugli in carm. de Bapt. & sermone, inquit, *in oleo olive tradiderunt nobis Apostoli cornu Baptismi, non in Myro* (seu unguento) *optimo, ut in Ecclesia Occidentali.* Si ergo Balsamum omitendo, non solum suspectum Sacramentum reddunt, ut supra monuimus, sed etiam errant, Occidentales damnando, qui Chrifma esse oleum, & balsamo confectum adhibent.

§. II. De forma.

Florentina Synodus in decreto pro Armenis hæc ait esse Confirmationis formam. *Signo te signo Crucis, & confirmo te christifate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Hæc forma vera, propria, atque adæquata est; nam per hæc verba determinatur materia ad significandam, & producendam effectum Sacramentalem; iidemque verbis exprimitur robur, per quod ad spirituale pugnam idonei reddimur, & in illorum prolatione signo Crucis, & Chrifmate consecramur, tanquam Christianis militis ordinati vexillo, fideique athletis adscripti. Quare Reginaldus Polus in lib. de Reform. Anglie, qui extraxit eam in collect. Conc. To. 14. ait in decreto Eugenii doctrinam hujus Sacramenti breviter, & dilucide fuisse explicatam. Idem audiendi non sunt, qui præter hæc verba ad Confirmationis formam spectare arbitrantur etiam preces illas, que manuum impositioni respondent.

Quamquam ista res habeat, ac Latini omnes descriptam formulam usurpare tenentur, etiam dum Græcos vel aliterius Ritus homines confirmant; tamen dubitari nequit, quin valida futura sit Confirmatio, licet unum, vel alterum unctioe formulæ verbum omitatur, & quin Orientales juxta eorum formulæ Confirmationem administrando valide, ac licite Sacramentum perficiant. Utrumque paucis ostendimus. Et ut omnis tollatur scrupulus scholasticissimus, qui irritum fore Sacramentum putat, si unum, vel alterum Eugeniane formulæ verbum omitatur, licet verba adhibeantur, quibus hujus Sacramenti formæ substantia continetur, nonnullas afferemus hujus Sacramenti formas antiquas in Latina Ecclesia usurpatas. In Pontifici, quod inscribitur Egeberto, veritate hæc exarato, hæc habetur formula, *Accipe signum Sancte Crucis Crifmate salutis in Crifto Jesu, in vitam æternam; & deinceps, confirmet te Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.* Cæsalus juxta Cod. Colbertinum, & Norwionensem, formulam habet istam, *signum Chrifmi in vitam æternam*, addita pariter deprecatione, *confirmet te Deus &c.* In MS. Pictaviensi unguentorum annorum, hæc describitur: *Signet te Deus sigillo fidei sue in*

Confirmatione fidei. In Pontifici Ecclesia Caturicensis ejusdem antiquitatis invenitur hæc alia *Confirmatio*, *& confingo te in signum Sancte Crucis, in nomine Patris &c.* Cod. Moylacensis hæc habet, *ratum ab eisdem, Confirmatio te signo Crucis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in vitam æternam.* Atque hæc parte, Ecclesiam semper ratum habuisse hujusmodi Sacramentum, si verbis confiteretur, quæ Sacrosanctum signaculum in Baptizato imprimi significarent, nec substantialter differere ab una, aut altera ex prædictis formulis. Latini vero, ut dixi, tenentur nunc præscriptam in Flor. Synodo adhibere.

Venio nunc ad Orientales, atque incipio a Græcis. Confirmationis ritus ita in Euchologia Goario erito describitur. *Baptizatos unguens sacro sacerdos ungens, faciens Crucis signum primo, in fronte dicens: signaculum domini Spiritus Sancti.* In oculis dicens: *Unctio Spiritus Sancti.* In naribus dicens: *Unctio pignori Spiritus Sancti.* In auribus dicens: *Unctio participatio vite æternæ.* In manuum yola interiore dicens: *Unctio Sancti Chrifmi Dei, & signaculum insidii liberum.* In corde tandem dicens: *Complementum domini Spiritus Sancti, thorax fidei, & veritatis.* Verba ista, *signaculum Spiritus Sancti* veram exhibent Confirmationis formulam. Liqueat id primum ex eo, quia, si formula illa non valeat, nulla jam superest in Oriente Confirmatio: etenim Græci etiam Orthodoxi nullam aliam agnoscunt, ut observat Goarius nor. 21 in ord. Baptismi. Denique nunquam Latini, nec in Florentino Concilio, hunc inter ceteros Græcorum recesserunt errores, quod formula ista consignet. Immo non aliam adhibent Romæ in templo S. Athanasii, id non ignorante Pontifice. Præterea Arcudius lib. 2. cap. 77. demonstrat auctoritate Sanctorum Patrum, quid esset in Confirmatione imprimi Spiritus Sancti signillum. Alterius Episcopus Amaseæ, qui floruit desessente sæculo 3. apud Photium cod. 277. scribit, *datur signaculum Spiritus Sancti*, Dionysius c. 2. de Eccles. Hierarch. Episcopum confirmantem appellat, *desiccante unguento obsequantem*, Cyrillus in sine Cathec. 18. de confirmato ait: *signaculum datum est illi ex communicatione Spiritus Sancti.* Similia habent alii Græci Patres. Igitur cum hæc formula descripta reperitur in Euchologiis a mille, & amplius annis exaratis, cum similibus fit formulæ ab aliquibus Latinis Ecclesiis usurpatis, ac supra a nobis recensitis, cumque characterem significet, quo ad negotium indignitur Miles Christi adversos spirituales nequias, & donum Spiritus Sancti, quo corroboratur in fide, apta hujus Sacramenti forma habenda est, atque rite a Græcis usurpatur.

*Nota.* Bened. XIV. Epist. 2. de nova Euchologia existente, hæc habet: *Forma Sacramenti Confirmationis in Græca Ecclesia, juxta communem receptam, que sententiam, sequentibus verbis continetur: signaculum Domini Spiritus Sancti, que verba pronuntiantur ab eo, qui Sacramentum ministrat, dum suscipiens frontem cum sacro Unguento Crucis signum imprimi, ut ex verbis Can. 5. Concil. Constantiopolitani l. rite perperis inferre. Beffarionis S. R. E. Cardinalis in suo Opusculo de Euchariis, quod exaratum in Bibliotheca Patrum edit. Lugdun. Tom. 26. pag. 295. 11. Oecumenica Synodus, verba, que in*

rum Chrifma perhibetur, tradens in septimo canonis inquit; Obsequantem, hoc est, sacratissimo Chrifmate eos chrifmantes, delinunt signum domini Spiritus Sancti. Et hæc verba, secundum eos, Confirmatio Sacramentum perficiunt. *Quomobrem autem hæc Cardinalis assertio approbata fuerit a Lipsæ in notis ad Canones 95. Concilii Trullani, vix tamen erit, ut Lugd. sententia plures inferat suffraganeos, præ sententia Cardinalis Beffarionis, ut optime advertit Arcudius lib. 2. cap. 7. ubi post referent Beffarionis assertum, hæc subdit: Machus Beffarion, quo cetero, que sunt in Ecclesia Orientali circa Sacramentorum administrationem, præstantius callere poterat nemo. Arcudio consentient Goarius, & Habert, omisso alius, qui facile cumulari possint: satisbit erit asserere, que habentur in Synodo Zamocivæ, ubi agitur de Sacramento Confirmationis? Forma, quam probata & Schismate Iplio antiquior laudant Euchologia, hæc est: *signaculum domini Spiritus Sancti, dicens: eaque semel dicitur, simul cum ipsa unctioe profertur debet.**

De Armenis major difficultas esse possit; quod in decreto pro his edito, forma, quam supra indicavimus, proponatur. Sed cum non constet, Apostolicam Sedem desicpe coegisse Armenos ad mutandum hæc in ritum, ac formam illam in Confirmatione usurpandam, facile conjicimus propulsisse quendam Eugenium formulam illam, qua religiose aptus Orthodoxa de Confirmatione doctrina exprimitur, sed noluisse eos ad proprii ritus mutationem obligare; cum enim hominibus nimis durum sit, susceptæ majoribus consuetudines, probatoque propria Ecclesie ritus deserre, nunquam Apostolica Sedes ad hunc mutandum Orientales cogere voluit, ut patet ex his, que cap. 12. de Sac. Chrifmi ritibus disputavimus in Aræcorum Rituales ita Confirmationem administrandam esse prescribitur: *configne Chrifmate, primum frontem, dicens: unguentum tuave in nomine J. C. effusum est super te, signaculum donorum cælestium, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Scienendum est autem in unctioe hujus tantum primi membri invocandum esse Divinam Trinitatem. Deinde oculos, dicens: Unctio Sanctificationis, que in nomine J. Christi illuminat oculos tuos, ne unquam obdormias in morte. Nunc iterum. Unctio sanctificationis, que in nomine Jesu. Crifmi fiat tibi odor suavitatis in vitam. Or. dicens, Unctio Sanctificationis, que in nomine Jesu Crifmi fiat tibi oris custodia, & solium manuum laborum tuorum. Manuum yola, dicens: Unctio sanctificationis, que in nomine Jesu Crifmi fit tibi curatio bonorum operum. Pectus, dicens: Unctio divina, que in nomine Jesu Crifmi cor mundum confirmat in te, & spiritum rectum innovat in viceribus tuis. Scapulas, dicens: Unctio divina, que in nomine Jesu Crifmi fit tibi scutum munitionis, in quo possis tela nequissimi extingueret. Pedes, dicens: Unctio divina, que in nomine Jesu Crifmi dignat gressus tuos in vitam æternam. Dubitari nequit, quin verbis illis, que frontis configurationi respondent, vera Confirmationis formula continetur. Nam præterquam quod signaculum donorum cælestium formulæ substantiam exprimit, quam adhibent Græci, effusio quoque unguenti designatur super Baptizatum, que verba Con-*



firmationis actionem significant; quo fit ut hæc formula Græcorum formæ sit Latine similior.

In Rituali Severi Alexandrii, hæc Confirmatio formulæ legitur: *Christum Sanctum, suavitatis odoris Christi Dei, fœdus veræ fidei, complementis pignoris Spiritus Sancti, obsequatur N. in nomine Patris, Amen: & Filii, Amen: & Spiritus Sancti, ad vitam saculorum, Amen.* Ex his, quæ dicta sunt, facile quæque intelligit, etiam illis verbis veram Confirmationis formam contineri, adeoque vere perici Sacramentum.

Hæcent quoque Syri Nestoriani propriam Confirmationis formulam. In ordine abelutionis apostatarum & receptiois Hæreticorum, quem Iesulabus Catholicus composuit, Sacramentum Confirmatis, seu Confirmationis licentiam habentes testimonium, his verbis, inquit Africanus tom. sup. cit. pag. 276. *Si autem sua voluntate fidem deservit: indiget confirmatione Baptismi, atque trina confirmatione illam pericit, prima quidem: que in prædicta laudatione fit: altera vero, que in fine orationis manus impositione peragitur: tertia demum cum illo Sancto Oratione in fronte pollice confertur, dicens: Confignatur tibi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, qua in re, inquit Vit. Cl. Nestoriani præscriptum a Concilio II. Oecumenico Crismatis Confirmationis formam observant. Ita confirmando, non dubito quin debiliam formam adhibeant, cum verba illa apta sint ad materiam determinandam, atque spiritalem Sacramenti effectum designandam. Sed ex supra relatis verbis apparet, Nestorianos ex præv. Canonis secunda Synodi intelligentiam duplicem habuisse errorem, alterum ipsi peculiarem, alteram vero Photianis quoque communem. Nam venient contra totius Ecclesiæ fidem, omnes Apostatas, Hæreticosque omnes ad Ecclesiam redeuntes iterum baptizandos esse; cum tamen Synodus solos Eunomianos, Montanistas, & Sabellianos iterum baptizandos decrevit, quod stabilitam a Christo formam baptizandum non usurpant. De Eunomianis jam dixi in append. ad tract. de Baptismo. De Montanistis id asserit Basil. Epist. can. 1. cap. 1. per hæc verba: *Quamquam habent rationem, verum eorum baptisum iudicari, qui in Patrem, & Filium, & Montanum Prædicantur baptizantur: non enim sunt baptizati, qui non in ea, que in nobis sunt tradita baptizati sunt.* Eadem asserit Theophilus, in Lucan. De Sabellianis quoque iure meritoque conjungimus Baptismi formam variasse, atque ad expiendum eorum errorem circa Trinitatem adhibuisse, cum canon, iis nominatis, suldat, qui idem esse Patrem & Filium docent, & alia quedam perniciosa faciunt. Igitur Canca illo eos tantum iterum baptizandos esse decrevit, qui debita verborum formula baptizati non fuerint. Item si Confirmationem in prædictis Hæreticis adhibeat, ut Sacramentum conferre vellet, nefarius hæreticos hæc carere non possunt inquit Goarius pag. 679. Nam Orthodoxa fides docet, Confirmationem, ut Baptisma, & Ordo, characterem imprimere, ac iterari non posse. Hæ ergo duo errores a Syris sunt præcavendi. Goarius vero non improbat morem recipiendi hæreticos ad Ecclesiam redeuntes, juxta præscriptum illius canonis quem ex Epistola Methodii Patriarchæ de incipien-*

dis hæreticis, cum aliis viris doctis depromptam existimat, si eo animo adhibeat unctio, ac verba illa profertur, ut non ad Sacramentum pericundum, sed ad puram Ecclesiæ ceremoniam referantur, & restinguantur: nimium hæc signum exteriori repetitione, aut amissa gratia, quam receperunt in Confirmatione, aut nunquam accipere propter hæresim memores ferent. Hinc eruditissimus amplurimi, ac etiam ipse Bened. XIV. in tractate de Synodo Diocesana infra laudando, censent in astra dicto Canone non agi de Confirmatione, sed ceremoniam indicatam designari; in Epistola vero I. pro nova Euchologii editione, tollenda docet ab illa ceremonia verba illa signaculum &c. ut infra dicemus s. III. Nov. 2. Vide Goar. loc. cit. ubi plura de hæc ceremonia, & de ipsius origine, & usu in Ecclesia Græca, disserit.

Itaque immemore hæc formula Syrorum verbis usurpata ab illis Confirmationis formam colligit; cum nil simile legere sit in his locis in quibus uti-gendis, & confirmandis baptizatus agitur. Renaudotus, tom. 3. Liturg. Orient. pag. 645. de forma Crismatis apud Nestorianos hæc hæbet: *Et apud Græcos confertur Crisma, dicens: In nomine Spiritus Sancti, ita Nestoriani ritu per hæc verba Pignus Spiritus sancti, ut dicitur ex ordine Baptis-matis Syriaco Mar. Festab. Catholicis, quem bene-bamus de scriptum ex Codice Elise Sacerdotis: Non nego in illis verbis Confirmationis formam confiteri posse, cum similibus verbis passim Sancti Patris Confirmationis effectum significaverint: at fallunt est, a Nestorianis haberi pro Confirmationis formula primam, quia non in fronte confirmatione, sed ad manuum impositionem recitatur: deinde quis recitatur tantum, dum unus fuerit baptizatus, non vero dum fuerint plures; tum enim loco precum que incipiunt: Pignus Spiritus sancti, quod accipitis, in Rituali Renaudoto citato alie præstentur, quarum initium est: magna sunt Domine; denique quæ preces iste a Nestorianis referuntur ad susceptam per Baptismum gratiam, non vero ad manuum impositionis, sive frontis confirmationis effectum, ut optime notat Affm. & ut eadem legenti sit illico manifestum. Igitur non in illis verbis, sed fortius in iis, que frontis confirmationi post Baptisma factæ respondent, Confirmationis forma inquirenda est: ait Tit. motheus II. Patriarchæ cap. 3. de Sacramentis sect. 19. in Baptismate tres confirmationes fieri: primam, dum Sacerdos dicit, *Signatur tibi in nomine Patris, &c.* alteram, dum dicit, *Signatur tibi in nomine Patris, &c.* tertiam vero post Baptismum, dum dicit, *Baptizatus es, & perfectus es tibi in nomine Patris, &c.* De hæc postrema confirmatione hæc loquitur. *Tertia, eademque postrema confirmatio, perficitur in Spiritu sancto, qua in Baptismo Domini nobis contigit, atque est consummata perfectio.* Igitur si penes Nestorianos esset Confirmationis forma, potius in verbis illis, *baptizatus es, & perfectus es, &c.* quam in iis, que Renaudotus designavit, collocanda esset: cum per tertiam illam confirmationem, perfectionem illam Spiritus sancti designare vellet, deat, qua Sacerdos Crismate signati donantur. Sed licet hæc factis sunt ad ostendendum Nestorianos habuisse aliquando veram Confirmationis Sacramentum; videtur tamen*

ex ignorantia Sacramentum in ceremoniam esse mutatum que proclamatio quædam in Baptizatum dici possit. *Mibi videtur*, inquit Affm. sup. cit. non tam esse formam Confirmationis, quam ad eam proclamationem accedere, que apud Syros fieri solet supra ordinatos in Diaconos, vel Presbyteros: Ordinatus est in Ecclesia Sancta talis Diaconus, vel Presbyter &c. in nomine Patris &c. Velut Nestoriani Pontifices dicunt supra ordinati in Diaconos, Presbyteros & Episcopos, Separatus est, Sanctificatus est, Consecratus est talis &c. Quod eisdem seu publicatio peractæ ordinationi potius est quam forma. Ita & Græci quoniam obavo post Baptistam die puerum abluissent, dicunt: Baptizatus es, illuminatus es, unguento unctus es, sanctificatus, & ablutus es in nomine Patris &c.

§. III. De Ministro.

Ordinarius Confirmationis Minister est solus Episcopus. Res definita est in Concilio Constantiensis contra Wiclefium, in Florentino decreto pro Armenis, atque in Tridentino sess. 7. can. 7. per hæc verba: *Si quis dixerit Sanctæ Confirmationis Ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem: anathema sit.* Sol ut apparet cum Novatorum, tum etiam Photianorum, alioque Orientis Hæreticos in manifesto errore veritatis, id munus simplicis Sacerdoti committentes, paucis demonstrabo, ita semper credidisse Ecclesiam. Nota res est ex Actis Apostolorum c. 8. Petrum, & Philippo Diacono per manus impositionem confirmari; id vero ea de causa factum fuisse, quod confirmandi manus solis Apostolis, atque Episcopis eorumdem Successoribus a Christo Domino creditum fuerit, ex Græcis Patribus testantur Chrysost. hom. 28. in Acta Apost. Oecumenius in Acta pag. 77. & Sidorus Pelusiota Epist. 459. ad Antiochum. Apostolica Sedes semper id docuit: constat id ex Epist. Cornelii Papæ ad Fabium Antiochenum relata ab Eusebio I. 6. Hist. Eccl. circa medium III. sæculi scripta: & ut mittam Epistolam Leonis I. ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ, atque Gregorii Magni ad Januarium, sat erit referre verba Innocentii II. in Epist. ad Decentium Eugubinum Episcopum, in qua c. 23. n. 6. legitur. *De confirmandis vero infantibus manifestum est, non ab aliis, quam ab Episcopo fieri licere. Nam Presbyteri licet secundi sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem Pontificium solis debere Episcopis, vel consensent, vel Paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum, que asserit, Petrum, & Joannem esse directores, qui jam baptizatis traderent spiritum sanctum; Nam Presbyteri, suos extra Episcopum, sive præsentem Episcopo, cum baptizant, Crismate baptizatos unguere licet, (hic temo est de unctioe, que fit ante Baptismum, de qua supra diximus) sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis cum tradunt Paracletum. Adest etiam testimonium Hieronymi, in Dial. contra Luciferianos c. 4. Non minus, inquit, hæc esse Ecclesiarum con-*

stitutum, et ad eos, qui longe in minoribus urbibus per Presbyteros, & Diaconos baptizati sunt, Episcopus ad invocationem Sancti Spiritus manum imposturus excusatur: Aug. eadem habet l. xv. de Trinit. c. 26. Atque hinc palam fit, Romanam Ecclesiam, que reliquarum esse mater & magistra, semper docuisse, Ordinarium hujus Sacramenti ministrum esse Episcopum, atque eandem fidem primis sæculis habuisse Ecclesiæ Africæ, in quibus erit Augustinus, Palestine, ubi scripsit Hieronymus. aliaque Orientis Ecclesiæ, ut constat ex Audore Concilii. Apostolicarum, Chrylostomo, Indoro Pelosita, aliiisque supra citatis. Quamobrem contra majorem fidem Photiani Armenorum nonnulli censent, simplices Presbyteros Ordinarios esse hujus Sacramenti Ministros. Nota. 1. Præter manuum impositionem, qua baptizati confirmantur, fuisse primis Ecclesiæ facultis aliam manuum impositionem, que non confirmatoria, sed curatoria esset. Hujusmodi fit impositio illa manuum, qua per Ananiam Apollolonum discipulum Paulo, antequam baptizatus esset, vilus restitutus est; Act. 12. c. 18. eandem adhibitam fuisse etiam etate Innocentii I. ad curandos Encerumeos, docet ipse Pontifex in supra laudata Epist. c. 6. num. 9. ubi eam ex Episcopi delegatione fieri permittit etiam Diacono, inquit: *de his vero baptizatis, qui postea a demonio, vitio aliquo, vel peccato interveniente, arripuntur, est sollicita dilectio, si a Presbytero vel Diacono possint, aut debent designari. Quod hoc nisi Episcopus præceperit, non licet. Nam manus eius imponenda non est, nisi Episcopus adhortationem dederit id efficiendi.* Hinc temo non est de Confirmationis Sacramento, quod etate illa statim post baptismum conferebatur, sed de ritu, quo eis succurrebatur, qui a demone post susceptum baptismum essent arrepti, ut post Morinum, & Petrum Constant, advertit Benedictus XIV. de Synodo Dioc. l. vii. c. 3. num. 3.

Nota 2. Confirmationem illam frontis, de qua Canon. secunde synodi, sive potius Methodius Patriarchæ Constantinopolitanus, ex cuius Epistola fuit ille formatus, ut Beveriges Goarius, aliique putant, non fuisse Confirmationis Sacramento, sed veram Ecclesiasticam ceremoniam, in reconciliandis hæreticis a V. saltem sæculo in Ecclesia Orientali usurpata; ut constat ex verbis Epianotus Concilii sub Symmacho celebrati ann. 509. Presbytero propter salutem animarum, quam in cunctis optatum desperavit in lectis recumbentibus Hæreticis, si conversionem subintendant, Crismate subvenire permittimus: quod etiam omnes converte, si jam sunt, ab Episcopo noviter expectandum. Cum fides desierit, inquit Goarius pag. 679. per lapsum in hæresim, aut in nestoriana sectam consensum, fidem quam in Confirmatione predicandam proponendamque modis omnibus sollicitus fuerat, donatumque sibi Spiritum sanctum abicit, coactus, extinguat: ut & illam remanet, & Dei Spiritum in se recusat, quod Confirmationem (que tamen deo reperti nequit) expectaverit, eius signa ceremoniasque suscipit, & hoc pacto Confirmationis gratiam, & effectum, prius deperditam in suorum animi reparare, Orientalis Ecclesiæ advenit. Non ita tamen ad asserendum velim, ritum hunc ex se propriæ virtute posse quæ tam subli-



me & arduum (quale est in anima reparatio gratia pro solito Sacramento virtuti commissa) producere: quid nunquam ad gratiam restituendam imbecillitas, ceremonia humanitus adveniens, & insipientia? Sed quod vel Ecclesie precibus, vel Sacerdotis meritis, vel concessa humilitate, vel tandem, ut scribit dicitur, penitentiis simul semper adjuvantibus potentia, infidelitatis deficiunt contrariariorum, sanctissaque curia per Confirmationem adveniens, nunquam pro iteritum quae ritum concedatur, nisi quia Confirmationem imitatur, & ad Confirmationis effectum reparandum tendit, ad eam pervenire non sanctis Patribus potest asseri: quia vero penitentia demissio, & infidelitatis Confessionem adjuvantem habet: & ad eam a mente obstruendum operatur, mere reconciliativum esse propter legitur damnatum non fuit. Graeci quod hanc ceremoniam in Haereticis reconciliandis adhibeant; & quod eadem ceremonia a simplicibus quoque Sacerdotibus in casibus, in quibus reconciliandi haereticos facultatem habent, usurpare: sed potius monendi, hanc simpliciter esse Ecclesie ritum, non Sacramentum.

Hinc vero notare oportet Benedictum XIV. in super. cit. Epist. 2. de nova Euchologia editione, admonere in illa caeremonia, quae per unctioem Christiani Haereticis reconciliantur, non esse usurpanda verba illa: *signaculum domini Spiritus Sancti*, quae formulam Confirmationis constituunt. Atque verba illa Methodii decreto, atque Euchologia addita fuisse a Schismaticis, ex eo demonstrat, quia decretum illud relatum habemus a Baronio ad ann. Christi 842. quin praeter verba illa *sera signaculum v. c. & quae eadem verba desiderantur in celeberrimo Euchologio Cypri Ferrate*, & in aliis quamplurimis, quae inscripti & recognovit Vir summa hodie dignus Mattheus Carophyllus Cydonius, quemadmodum refert Arcudius lib. II. de Confir. cap. 18. Nec conjectura desit, quae verba illa a Schismaticis Euchologiae nullis addita demonstrat; Nam illa a Theodoro Balsamone perferuntur fuit, ut si quis Latini ad Graecos commigraret, hunc Sacramentum Confirmationis de novo conferendum esset, ut Gregorius testatur Protosyncellus in apologia adversus Marcum Ephesinum. Horum itaque fraude post impium consilium in aliqua Euchologia verba illa irreperunt *signaculum domini Spiritus sancti*, quae in oratione pro reconciliandis penitentibus habebantur; sed in Congregationibus super correctione Euchologiae habitis tam sub Urbano VIII. quam nostris bisce temporibus, inquit SS. Pontifex, nobis annuenciis, decretum fuit, ut in Euchologia, quod correctum typis edendum erat, in Ritibus reconciliationis penitentium ad campianum formam exciperetur, quae descriptum legitur in Euchologia Cypri Ferrate: id quod expressum est de corrigenda rite reconciliandi Apollatas ad formam in decreto Methodii traditam, per unctioem sanctae quae ita unquam qui suscipiunt Baptisimum, ad decretum fuit tollenda verba *signaculum v. c.*, quae in paucis solummodo, itaque recentibus Euchologiae reperitur. Quod confirmatum fuit in Congregatione habita 18. Februarii ejusdem anni, decretumque pontificia auctoritate roboratum fuit.

Gravis olim exarsit inter doctores controversia, an

ex specialis delegatione Romani Pontificis, possit simplex Sacerdos, saltem Christifidei iam consecratus, Sacramentum Confirmationis administrare. Sed cum innumera ex Ecclesiastica historia hujus delegationis exempla suppetant, cumque hanc facultatem Benedictus XVI. fecerit Patri Curiosi & Guardiani Sancti Sepulchri Ordinis Minorum de Observantia, Patri Jacobo Gredini Ordinis Minorum strictioris Observantiae Praefecto Missionum in Aegypto, atque aliis; non videtur hodie fas esse potestatem, de qua olim disceptabatur, Summo Pontifici adjudicare.

Dubitari etiam solet, an Christifidei consecrator, quae munus Episcopi est, ut definitum fuit in II. & III. Carthaginiensi Synodo, per delegationem Romani Pontificis a simplicibus Sacerdotibus fieri possit. Licet id eadem ratione fieri possideatur, quae simplicibus presbytero confirmare permittitur; & licet hujus quoque commissionis nonnulla habeantur exempla; tamen haec paucissima sunt, atque ut plurimum non alter a Summo Pontifice permittit ad simplicibus Sacerdotibus Sacramentum Confirmationis administrare, nisi sub expressa conditione adhibendi Christum non a se, sed ab Episcopo consecratum; quae in *notis fore, hanc etiam prerogativam Episcopatus Ordinis propria, in inferiore Presbyterum exornare*, inquit, itatus Pontifex cap. 3. ubi subdit etiam: *accedit nullam esse necessitatem, hanc potestatem facienda simplicibus Presbytero, si quippe quovisque se consecrat, potest seipsum de seipso Christum ab Episcopo accepit; & sequidem a sacris Canonibus, praecipue can. Lixviii. de Consecrat. dist. 4. & can. si quis de altis, de Consecrat. dist. 4. veritas est usque Christifidei, ante annum benedicti, satis erit ut ab hoc positio Ecclesiae acceptae, Summi Pontificis auctoritate, excimatur, sicuti Notis in cit. nostra Const. 16. ab eodem absolvimus praedictum Custodem Sancti Sepulchri; si in loco deputati, ubi novi Christifidei non suppetat copia.*

Major controversia est, num potestas, quam Summo Pontifici asserimus, cuilibet Episcopo comparatur. Sed quidquid sit de hac distelli, & valde implexa controversia, inquit hanc Pontifex laudato cap. 81. num. 7. omnino in confesso est, irritum nunc fore Confirmationem a simplicibus Presbytero Latino esse sola Episcopi delegatione collatam, quia Sedes Apostolica id iuris sibi unice reservavit; quae quidem reservationem non tantum a consuetudine in omni Ecclesia Latina jamjam recepta, tacite induitam ascribuntur, sicuti opinatur Faventin. cit. loc. & Tournely de Sacram. Confir. quest. 3. art. 2. sed jam ante saeculum expressè factam colligimus ex Flosdardo lib. 3. hist. Eccl. Renensis cap. 17. ubi narrat Nicolaum I. ad Hincmarum, & ceteros Archiepiscopos, atque Episcopos, in Regno Caroli constitutos scripsisse, Graecorum Imperatores & Orientales Episcopos calumniantes Sanctam Romanam Ecclesiam, immo omnem Ecclesiam, quae latinae utitur lingua... quia Presbyteros fortiter conjuges prohibemus, & quoniam eodem Presbyteros Christifidei linere baptizatorum fontes inhibemus; Postea autem reservatione facultatis, de qua est sermo, a Summo Pontifice sibi facta, nec ideo, nec valde potest Episcopus Latino illa utitur, nam quomodo confirmare si actus Ordinis Episcopalis, cuius firmitas, & validitas a Pontifici natum pendet; delegare tamen simplicibus Presbytero potestatem.

hanc exercendi ejusmodi actum, potius ad jurisdictionem, quam ad Ordinem pertinet; Episcopi vero jurisdictionis, sive sit immediate a Christo Domino, sive a Summo Pontifice, ita semper huic subest, ut consentientibus omnibus Catholicis ejusdem auctoritate et imperio limitari, atque ex legitima causa omnino auferri possit. Illud etiam ad rem facti quod modo adduximus a D. Thoma, nempe delegationem, de qua est sermo, esse alium potestatis, & jurisdictionis suprema a Christo Domino sibi suo in terris Vicario commissa. Quomodo Clemens VI. priusquam ad Catholicam Communionem reciperet Consolatorem Armenorum Patriarcham, certior fieri vellet, an cum Ecclesia Romana sentiret, etiam in hisce articulis expressè in Apostolica litteris ad eundem Patriarcham datus, quae habentur apud Raynaldum an. 1351. num. 12. nihilum: Primo de consecratione Christifidei, si credis, quod per nullum Sacerdotem, qui non est Episcopus, potest Christum rite, & debite consecrari. Secundo, si credis, quod Sacramentum Confirmationis, per alium, quam per Episcopum non potest esse officio ordinari ministrari. Tertio, si credis quod solum per Romanum Pontificem plenitudinem potestatis habentem possit dispensatio Sacramenti Confirmationis Presbyteris, qui non sunt Episcopi, committi. Quarto, si credis, quod Christifidei per quoscunque Sacerdotes, qui non sunt Episcopi, necque a Romano Pontifice super hoc commisso, seu concessione aliquam recipiunt, iterum per Episcopum, vel Episcopos sint christifidei. Quae verba perpendant oportet, qui potestatem, & de discrimine, Episcopis attribuitur.

Dicendum nunc superet de Orientalibus, quorum Presbyteri pueris post baptismum Confirmationem conferunt. Negari non potest, hanc consuetudinem in Orientali Ecclesia antiquam esse, ac longe Photiano Schismate restitorem. De Graecis id luculenter ostendit Morinus dissert. 2. de Sacram. Confirmat. & Lucas Holstenius dissert. 1. de Ministro Confirmat. quod Graecorum Eundemque usum invaluisse apud alias Orientales Ecclesias, testatur Ambrosius in Comment. in Epist. Pauli ad cap. 4. Epist. ad Ephesios v. 22., inquit, *Apud Aegyptum Presbyteri consignat, si presbyter non sit Episcopus, & Auctor. qv. & nov. testam. quest. 10. in append. ad 1. partem. 3. oper. S. Augustini: In Alexandria & per totam Aegyptum, si desit Episcopus, consignat Presbyter, quibus in locis verbum consignat non merum ritum, sed veram Confirmationem denotare, tamquam indubitatum ponit Christianus Lupus tom. 2. p. 142. Nos hic, missis quae in scholis a Theologis disputari solent, Orientales in duas classes distribuimus, scilicet in eos, quorum Presbyteri expressè tacita & praesumpta Sedis Apostolicae dispensatione valide ac licite hujusmodi Sacramentum administrant, & in eos, quibus sit haec facultas subtrahita.*

Cum ex his, quae supra ostendimus, abunde constet, fat esse Romani Pontificis delegationem, ut Presbyteri rite Sacramentum hoc administrarent, facile quisque conjiciat, Presbyteros, qui ex tolerantia, atque ex Romanorum Pontificum indulgentia & permissione confirmant, quae satis fit ad tacitam delegationem indicandam, valide ac licite confirmare. Haec ob rem in Florentina Synodo, in qua hujusmodi

controversia cum Graecis agitata fuit, a Latinis Patriarchis Graecorum Presbyterorum Confirmationem rata & estimata fuit, ut ait Gregorius Petrofingulus, qui eodem Synodo interfuit, tamquam Legatus Patriarchae Alexandrini, & postea creatus fuit Patriarcha Constantinopolitanus, scribens contra Epistolam Marci Ephesini: *Deinde patientia quadam & facilitate Sedis Apostolicae factum est, inquit Benedictus XIV. Const. Inter sollicitas tom. 1. Bull. pag. 512., ut unum & alterum Sacramentum, Baptisma scilicet & Confirmatio, ab eodem Sacerdote in Oriente Graecis conferretur. Nec desere idcirco Theologi, qui hujusmodi tolerantiam vestem & imaginem tacta dispensationis obducuntur. Eodem ibi modo loquitur de Cophis. Eadem Apostolica Sedes probavit Synodum Ruthenorum celebratum Zamocetiae ann. 1720., in qua haec legitur: *Sacramentum Confirmationis a Christo Domino institutum, quod Graecis in Orientali Ecclesia extraordinarius iure, & delegata ab Episcopo facultate, ex Apostolica Sedis dispensatione, sicuti per Baptisimum administrare solent in generis vobiscum signaculum, sacrosanctum est, ut ipse Baptisimus, illudque usque est iterare, propterea quod inde libellum characterem imprimi. Atque eadem consuetudinem tolerat & permittit in Armenis, Syris, Chalchicis. Ergo reprehendi nequeat, quod per simplices Presbyteros Confirmationem administrant. Nec Missionarii, atque privati Theologi sine gravi injuria possint collatum ab his Sacramentum irritum declarare. Permissum tamen est Guardianis Formae Sanctae, ut legitur Const. Demandatum &c. in Civitate Hierosolimitana, & in suis locis, ubi Episcopus Graecus Catholicus iure suo, & in propria Diocesi Graecis conferre sub conditione Sacramentum Confirmationis Graecis a simplicibus Sacerdotibus confirmatis, ac posse ab eodem confirmari petentibus. Ex quo deducere est etiam alios, qui jus confirmandi habeant, posse confirmatos a simplicibus Presbyteris Orientalibus, sub conditione iterum confirmari, dum id sponte petant. Haec autem permissio tolerandi sub conditione Confirmationem confirmatis a simplicibus Presbyteris, dum eam petant, ideo ab Apostolica Sede fieri videtur, quia delegatio Apostolicae Sedis expressè Presbyteris illis facta non est, & quia nondum proscripserit illorum opinio, qui de horum Confirmationum valore dubitant.**

Ubi vero haec tolerantia, ac delegationis praesumptio desit, ibi certum est nullum esse a simplicibus Presbytero collatum Confirmationis Sacramentum; desit autem haec praesumptio in his, quibus id Sedes Apostolica interdicit.

Certum est, veritatem esse Latinis etiam inter Orientales degentibus, 1. tum quia expressè jubentur servare ubique proprios more, & ritus; & tum etiam quia Innoc. III. in sua Decretali, quae apud Balazium extat tom. 2. Epist. pag. 480. Latiorum Sacerdotum ab usum, qui Constantinopolitanos Graecorum more Confirmationem conferre audebant, compescit, prohibetque, *ne velia in cetero sua temeritate praesumerent.* 2. Est etiam notum, Nicolaum I. voluisse, ut Bulgari, qui Confirmationem susceperant a Sacerdotibus illuc a Photio missis, iterum confirmarentur: sive id fecerit, quod Sacerdotes illi iure ordinario eam conferre praesumpserint; sive quod a Photio Missis, & in



& invasore missi fuerint, ut loquebantur Apostolice Legati; sive denum quia Bulgaria pertinebat ad Patriarchatum Occidentalem, quod pluribus offendit Lupus tom. 3. pag. 1404. & seq. Certum est in his casibus presumptionem illam, que ex tolerantia Sedis Apostolice colligitur. 3. Constat Innoc. IV. in Epist. ad Cardinalem Legatum in Regno Cypri prohibuisse Grecis Sacerdotibus ibidem degentibus Sacramentum Confirmationis administrare. 4. In Synodo Nationali Maronitarum coacta in Monte Libano 1626. & a Benedicto XIV. confirmata anno 1724. hæc ad rem edita sunt decreta, videlicet cap. 2. de Sacramento Baptismi can. 15. *Maiores nostri, sicut & ceteri Orientalium Ecclesiarum filii statim post Baptismum tam infantes, quam adultos consecraverunt Sacro Chrismate perungere, atque adeo Sacramentum Confirmationis illis conferre, itaque per simplices Sacerdotes etiam, quibus Patriarcha, & Episcopi hanc facultatem concesserunt, quemadmodum ex Ritualibus apparet. Quia vero Patriarche, nostri ut eo, quo par est, obsequio Romanis Pontificibus, qui frequenter ad illos hac de re litteras adierunt, motum gererent, Latino ritui consentientes, decreverunt, ut deinceps nemo, nisi Episcopalis dignitate præditi, Sacramentum Confirmationis administraret, adeo manuum, ac precipuum omnibus Parochis, Archiepiscopis, Chorepiscopis, ceterisque dignitate Episcopali carentibus, ne audeant imponere Baptizati sive sem sacro Chrismate perungere, & verba illa, que ad Confirmationis Sacramentum, adeoque ad Episcopum tamquam ordinarium illius Ministrum spectant, recitare; sed illis omissis, in singulis pollicem in sacro Chrismate & urgent Baptizatum in lumen capitis in modum Crucis, dicentes Orationem ex Rituali Romano desumptam, que sequitur: Deus omnipotens Pater Domini nostri Jesu Christi &c. Si vero adfuerit Episcopus, & ipse, vel simplex Presbyter, ad quem quædam baptizaverit, poterit eodem Episcopi post Baptismum, si velit (ac præcipue, si contigerit, ab illo baptizato adultum, sive infantem in mortis periculo constitutum) prosequi cetera, que ad collationem Sacramenti Confirmationis in Ritualibus pertinent, ita tamen, ut Patrinus, vel Matrinx adhibeantur, & nomen confirmati in libro ad id destinato a Parocho vel Episcopo adnotetur. Hinc in Ritualibus, quod auctoritate Reverendissimi Domini Patriarchæ propediens est edendum, ante illa verba, quibus juxta ritum nostrum, Confirmationis Sacramentum confertur, apponenda est admonitio ad simplices Sacerdotes, cum supraddicta Oratione, Deus omnipotens &c. & altera admonitio ad Episcopos cum ritui confertum Sacramentum Confirmationis, quem unquam a ritu Baptismi distinguat, & separari precipiunt. Et cap. 1. de Sacram. Confirm. can. 1. Quia vero tam in nostra, quam in reliquis Orientalibus Ecclesiis, antiquis moti obtinuerat, ut statim post Baptismum etiam Sacramentum Confirmationis confertur, quemadmodum & in Ritualibus continetur, & a Concilio Laodiceno his verbis præscribitur; quod oportet eos, qui illuminantur, post Baptismum inungi supercelesti Chrismate, & esse regni Christi participes: Hac tamen in re servandum præcipimus, ac mandamus, quod dudum a Reverendissimo Domini Patriarchæ injunctum est, nosque supra de*

*Baptismo monuimus, ne simplices Sacerdotes de cetero præsumant hoc Sacramentum administrare: sed illud Episcopi domitaxat conferant, illum Sacrosanctæ Synodi canonem pro quibus habentur. Si quis dixerit Sanctæ Confirmationis ordinarium Ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem, anathema sit. 3. Clemens VIII. anno 1593. & Benedictus XIV. Conf. Esti Pagaralis, Presbyteris Italo-Grecis expresse interdixerunt, ne baptizatos Chrismate consignent. Atque in eadem Conf. ad rem hæc statuitur. 1. Episcopos sub conditione, & cum cautela eos confirmare debet, de quibus verosimilitudo dubitari potest, utrum ab Episcopis Grecis ordinem Baptismi juxta eorum Euclogium servantibus, fuerint baptizati. II. Idem dicendum si Episcopos Latinos ex dispensatione Apostolicæ Græcorum ordinaverit, qui a Presbytero Græco in Italia, vel adiacentibus Insulis fuerit baptizatus, nec constat, illum ab aliquo Episcopo, sive Latino, sive Græco, Chrismate in fronte fuisse consignatum; debet nimirum illum antea absolute confirmare, sub conditione autem, si verosimilitudo dubium esse possit, aut ab Episcopo Græco fuerit baptizatus. III. Quævis confirmati a simplicibus Sacerdotibus cogendi non sunt esse confirmati Sacramentum ab Episcopo recipere, si ex tali conditione scandalosa oriri possint Sacramentum Confirmationis ejusmodi necessitatem non habeat, ut sine eo saltem qui esse non possit, monendi tamen sunt ab Ordinarii locorum eos gravi peccati reatu teneri, si cum possint ad Confirmationem accedere, illum renunt, ac negent. IV. Ubi Græci Catholicis Episcopis haberi potest, prout habetur constitutus in Collegio Corsino Italo Græcorum in Calabria, current omnino Latino Ordinarii, ut ab illo potius Græcis carerent juxta Græcorum Euclogium, quam a se Latino ritui, Sacramentum Confirmationis subdistingui Græco ritu venerunt. Chrismate a Latinis Episcopis accepto ministratur, ne scilicet Ecclesiarum ritus, quoad fieri potest, miscantur.*

S. IV. De Confirmationis subiecto.

Omnēs Orthodoxi fatentur, Confirmationis subiectum esse hominem baptizatum. Orientales vero a Latinis diffident, quod illico post baptismum etiam parvulis Confirmationem administrant. Contemporanea hæc utriusque Sacramenti collatio his permixta est, in quibus Apostolica Sedes tolerat, ut etiam per simplices Sacerdotes Sacrum Chrismate confertur; neque hæc de causa reprehendi possunt. Hæc enim consequendo, ut supra diximus, etiam in Latina Ecclesia aliquando viguit. At Latina ac Romana Ecclesia aliarum Mater atque Magistra, mutata hæc consuetudine, consultus duxit, ut renatis fonte Baptismi conferretur Sacramentum Confirmationis in ea sola ætate, in qua fidelis, evacuatis que erant parvuli, intelligent tantum inter, & differre Baptismum & Confirmationem, quantum in naturalibus vita distat generatio ab incremento; sicut per Baptismum fuisse quidem ad militiam receptos, & ad perfectionem vero ad pugnam roboratos, & ad persequendum agnos per gratiam instructos. Ex quo fit, ut rigide admittantur in eos oportet, si qui forte jam

TRACTATUS DE EUCHARISTIA.

Eucharistia est Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi sub speciebus panis & vini ad spirituales animæ refectionem a Christo institutum.

CAPUT I.

De Materia, & Forma Eucharistia.

Quest. I. Quenam est materia necessaria, ex qua conficitur Eucharistia?

Resp. 1. ER panis triticus, & vinum de vite. Prob. 1. Ex perpetua Ecclesie Traditione & praxi. 2. Ex Conciliis præsertim Lateran. IV. c. Firmiter. Trid. sess. 13. c. 1. can. 3. & Florentino ibi Tertium est Eucharistia Sacramentum, cujus materia est panis triticus, & vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. 3. Quia Christus instituit Eucharistiam, non aliam materiam adhibuit, Matr. 25. eamque necessarium præcepit his verbis, Hoc facite &c. Luc. 22. & I. Cor. 11. Propterea panis triticus solus est, qui dicitur simpliciter panis, alii non vocatur panes nisi cum addito: nec adhibetur nisi in ejus defectum. Item vinum simpliciter est vinum de vite usuale. At ex Scriptura & Conciliis materia Eucharistie est panis & vinum simpliciter.

Hinc 1. Non potest valide consecrari panis consecus ex oriza, avena, hordeo, milio &c. vel ex leguminibus, radicibus herbarum, aut fructibus arborum: item ex tritico non puro, sed mixto. v. gr. hordeo, vel avena, si quantitas tritici non sit notabiliter major: nam alias panis non esset simpliciter triticus. Quare Missale Rom. de Fructibus, ait: Si panis non sit triticus, vel si triticus admixtus sit grani alterius generis in tanta quantitate, ut non maneat panis triticus, vel sit aliquis corruptus, non conficitur Sacramentum. Secus si farina alterius materie sit in tam parva quantitate, ut panis morali estimatione censetur adhuc triticus. Reverentia tamen Sacramento debita exigit, ut panis sit ex puro tritico, & valde albus.

II.

Quid etiam confirmandum, ex regula ordinariæ consecrandum est hoc Sacramentum pueri post septimum; sed in aliquo extraordinario casu, juxta urgente causa non vetatur, quin possit etiam ante eam statim ministrari. Jussum casum non sit adfectus faciliis ad pueri illos in posterum non sit successus episcopi accessus &c. Ita in Bulla pro Coptis Anno vertente, & de Synod. Dioces. lib. 7. cap. 10.

Necessarium, quam vocant absolutam hujus Sacramenti recipiendi nemo utriusque esse affirmaverit, sed vel in re vel in voto plane necessarium esse necessitate præcepti, & quidem divini, tempore persecutionis. Neque Parochi, neque Parentes, neque qui sunt loco parentum, sunt eximendi a lethali culpa si non intuent, ut subiecti sibi Parochiani & Amoin. Theol. Moral. T. III. P. I.

quos habent subiectos Confirmationem ab Episcopo parato recipiendi. Ibid. 9. & 10. Antiqui dispositiones ad interpretandum hoc Sacramentum sunt hæc gratia, que in adultis lethali crimine infectis comparatur plerumque per Sacramentum penitentia. Inlt. Ecol. 6. n. 12. Corporis dispositiones non tamen necessario promittenda, sunt plerumque confirmandi, & confirmantis jejuniis, quod consilii Pontificale Romanum. Ibid. 9. 12. Mater scorum a feminis accedere par esse, ut honestius re peragatur, ut ex Concilio Mediolanensi. Ibid. 12. Porro Patrinus manum suam dextera dextero humero Christum imponet. Ibid. 9. 16.



Licite vero consecrari non potest panis confectus ex grano, de quo dicitur ut sit verum triticum. Nam in Sacramentis, quo non sunt de necessitate mediis, nunquam licet adhibere materiam non certam; aliqui fine necessitate urgente exponeretur nullitati. Species autem grani, de quibus presertim aliqui dubitant an sint triticum, sunt siligo, seu legale & spelta. Nam quavis S. Thomas sentit, filigine esse triticum, quia quandoque ex tritico in malis terris generatur; multi tamen id negant; quia quandoque etiam ex tritico nascitur avena: potestque res unius speciei propter diversas dispositiones, & causas degenerare in rem alterius speciei.

Hinc 2. Non potest valide consecrari, 1. Liqueor expressus ex pomis, pisis, cerasis &c. 2. Omphacium (apud Italos, *Agrista*) *de verjus*, quia necdum habet naturam vini. 3. Acetum, quia non est amplius vinum, & fit ex corruptione substantiali vini. 4. Sinecus intra duas maturas alius contentus, aut vinum in pane, vel alia finibili materia contentum; quia in tali statu non habet rationem vini usualis. 5. Vinum aromatibus ita conditum, ut morali estimatione speciem vini amiserit. Secus, si alteratio fit exigua, quamvis illicite, consecratur.

E contra valide consecratur, 1. Miltum, seu vinum ex urvis maturis recens expressum, cum jam habeat naturam vini, quamvis hoc sit prohibitum, quia est impurum ob admixtas faeces, ac proinde indecens. In necessitate tamen juxta S. Tho. 3. par. qu. 74. art. 3. ad 3. licite consecratur. 2. Vinum congelatum, sed postea resolutum, modo per gelu non fuerit corruptum. Vinum autem actu congelatum, & non resolutum est materia incerta; quare si forte in hyme vinum in Calice congeletur, debet per ignem resolvi priusquam consecratur; sed ejus congelatio, quantum potest, impediri debet.

Resp. 2. Ad valorem Sacramenti requiritur, ut panis sit confectus ex farina triticea aqua naturali diluta, & igne cocta. Nam sic conficitur panis simpliciter dicitur & usualis, aliorumque ciborum comes, quem Christus instituit.

Hinc non possunt valide consecrari. 1. Liba, plantae, & similia confecta ex farina triticea mixta lacte, butyro, ovis, melle, saccharo, alique liquoribus ab aqua naturali specie differens; nisi forte liquores illi admixti aqua naturali essent in exigua quantitate, ita ut aqua plurimum predominaret. Illicium tamen est consecrare panem triticum mixtum quacumque re, grano, vel liquore, nisi parva quantitate; quia est contra usum Ecclesiae, & reverentiam Sacramenti possulantis materiam omnino puram. 2. Massa cruda, seu pasta; quia non est panis usualis, nec cibus hominum. Si autem farina sit diluta aqua rosacea, dubium est, an sit valida materia, ut habet Missale Rom.

Porro ex precepto & usu Ecclesiae panis consecrandus apud Latinos debet esse figura orbiculari & integra.

Nota. Nulla videtur posse occurrere causa moraliter sufficiens ad consecrandam Eucharistiam, nisi in materia certa, inquit Suarez, quia hinc Sacramentum summa reverentia debetur, & aliunde non est necessarium necessitate mediis in re ad salutem.

Quest. II. An panis tam azymus quam fermentatus est materia valida?

Resp. Affirm. Ex Concil. Florent. in decreto unionis; ubi: *Definitum in azymo, sive fermentato panis triticeo Corpus Christi veraciter conficitur: Sacramentose in alterum ipsum Domini Corpus consecrari debere, utrumqueque schizet iuxta suae Ecclesiae sive Occidentalis, sive Orientalis consuetudinem.* Ratio est, quia uterque est panis verus, & simpliciter dicitur, & sic in Scriptura; nam uterque fit ex farina triticea, aqua naturali fibacta, ac puro igne coquitur, habetque proprium usum panis.

Latini tamen tenentur fidei mortali consecrare azymum, Graeci vero fermentatum, singuli juxta Ecclesiae suae ritum; nam ita praecipit Concil. Florent. cit. & articulo Ecclesiae consentiendo antiquissimo, obtinens vim legis graviter obligans, utpote de re gravi. Hinc c. ult. de celebrat. Sacerdos quidem Latinius jubetur privari in perpetuum officio & beneficio, quod infermentato consecrasset in defuncto azymo. Quare in hoc nulla dispensatio necessitas, ne Viani quidem pro infirmo consecrandi panem ad tanti Mysterii majorem reverentiam interest, modo ac ritum convenienter semper confici. Praeceptum quippe divinum circa Viaticum non obligat, nisi quando id fieri potest modo convenienti & cum debitis circumstantiis.

Nota. Quamvis multi dicant, Sacerdotem Latinum fieri agentem per Graeciam licite uti fermentato, & Graecum azymo in Occidente, in his scilicet locis, ubi non sunt Ecclesiae sui ritus; quia ex S. August. epist. ad Januar. licet culque laeore, quod in ea Ecclesia, in quam venit, invenitur, modo non advenit, sed divino mandato; si tamen inter Latinos sint aliqua Ecclesiae Graecorum, & inter Graecos aliqua Latinorum, in his tenetur unanquique fidei Ecclesiam suam servare; quia hoc ipso quod ibi templum habent, perinde est quoad sacrificium, ac si essent in sua patria. Nec licet Latino in Ecclesia Graecorum inter Latinos sita celebrare in fermentato; quia hoc est speciale privilegium Graecis in Ecclesia concessum.

Quest. III. An ex quantitate aqua admisceri debet?

Resp. 1. Ex precepto Ecclesiae aqua elementaris ante consecrationem vino admisceri debet; constat ex Conc. Florent. supra cit. & Trident. sess. 22. cap. 7. ubi; *Mones S. Synodus praecipit esse ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscant, tum quod Christum Dominum ita secesserant, tum quod etiam quia & latere eius aqua simul cum sanguine exierit, quod Sacramentum habet inebriationem; & cum aqua in Apocalyp. Beati Joannis populi dicantur, ipsi populi fideles cum capite Christo uno representantur.* Hoc praecipit sub mortali obligat, quia licet materia fit in se levis, est tamen gravis ratione finis & significationis; nam apponitur aqua ad representandam unionem populi fidelis cum suo capite Christo, atque etiam unionem humanitatis cum Verbo. Haec tamen admixtio aquae non est de necessitate Sacramenti: ita Missale Rom. Et Conc. Trid. solum dicit, hanc esse praecipiam ab Ecclesia.

Resp. 2. Aqua vino miscenda debet esse modicissima. Quia 1. ita Conc. Florent. statuit, & fert usus Ecclesiae. 2. Ut ait Conc. Tribur. Can. 19. sic melius significatur majestas Christi per vinum designata, & po-

& populi fragilitas per aquam representata. 3. Hoc est tutius: nam (ut ait S. Tho.) vinum aliquando ita debile est, ut per aquam in magna quantitate, licet minore, facile corrumpatur. Sufficit autem una aqua gutta sensibilib; eum ad signum sensibile, & significationem convenientem sufficit. Ad validam vero consecrationem necesse est, ut major sit quantitas vini quam aquae, quia materia calicis est solum vinum usuale. At tale non est si vinum aquae non praedominaretur; & remixta non esset potius vinum quam aqua. Quare c. 13. de celeb. Miss. dicitur perniciosus abusus, quod plus aquae quam vini in calicem infunditur.

Resp. 3. Haec mixtio necessario fieri debet, 1. Tempore Missae, & in ipso sacro calice; nam aliqui non esset caeremonia sacra, nec sacram significationem haberet. 2. Ante calicis oblationem ab Ecclesia usum; unde graviter peccaret, qui eam tunc omitteret. Quod si illa mixtio ante calicis oblationem facta non fuisset, fieri debet ante calicis consecrationem; nam usque ad illam subsistit ratio & tempus praecipitae significationis, non post, quia tunc prohibetur, & cessat tempus, ex Missal. Rom. tit. de desist. ubi: *Si celebrans ante consecrationem calicis adveniat, non fuisse apostatam aquam, statim ponat eam... si id adversat post consecrationem calicis, nullo modo apponatur, quia non est de necessitate Sacramenti.*

Quest. IV. An ut utraque haec materia valide consecratur, debeat esse moraliter praesens consecranti?

Resp. Affirm. Quia 1. ita fert Traditio & praxis Ecclesiae in sacro Christi fundata; Christus enim consecravit materiam praesentem, & non dedit potestatem Apostolis faciendi nisi quod ipse fecerat. 2. Id exigite veritas formae, quae continet pronomen demonstrativum, *hoc*; nihil enim demonstrari potest ad sensum, nisi fit moraliter praesens. 3. Alioqui Sacerdos posset totum panem, qui tunc in haec urbe, vel tota regione exsistit, consecrare.

At sufficit moralis praesentia; nam haec sufficit ad veritatem formae. Ad moralem autem praesentiam materia, ex communi haec requiruntur, 1. Ut consecrans sciat materiam ibi esse. 2. Ut materia sensu aliquo percipi possit, non tamen necesse est, ut in se videatur, vel tangatur a Sacerdote; sed sufficit ut in eo loco sita sit, in quo a consecrante possit sensu percipi, sive in se, sive in alio, ut in suo toto, vel proximo continente, aut vase ad illam continentiam destinato. Sic hostiae, quae latent sub aliiis multis in cumulo, consecrantur Sacerdoti praesentes: nam id censetur moraliter praesens, quod potest demonstrari humano modo ad sensum, per pronomen, *hic*. *Hoc* independenter ab omni alio signo. 3. Ut fit propinqua; qualis debet esse res, quae velut in usum humanum assumenda, demonstrari potest pronominibus vel *hoc*; alioqui non esset praesens more humano. Sed cum designaretur quaequam absolute requiritur propinquitas; in re incerta servari debet praxis Ecclesiae non consecrantis nisi materiam valde propinquam. Item materia debet esse coram Sacerdote, alioqui non posset demonstrari per *ly hoc*, strictum pronomen, per quod debet significari res praesens independenter a circumstantiis, & ab omni alio nutu & signo. Requiritur ut materia consecranda, in actu

consecrationis sit coram Sacerdote, ait Missale Rom. de desist.

Hinc non potest valide consecrari materia licet vicina, si sit a tergo, vel sub mappa, vel post parietem, aut aliud corpus opacum, quod non habet rationem thecae, seu valis proxime illam contentis; nam tunc non est moraliter praesens consecranti, nec ullo sensu demonstrabilis. Er contra hostiae in pyxide, seu ciborio clauso contentae consecratur, si ad eas dirigatur intentio; quia ad moralem praesentiam rei sufficit, quod proximum eius continens ad illam continentiam destinatum, sit praesens: quemadmodum vinum in lagena clausum censetur moraliter praesens, & demonstrabile ei, cui lagena est praesens; quia ratione contentis proximi contentum praesens est & demonstratur.

Quaedam circa hoc dubia sic resolvit recentior Theologus. 1. Si hostiae non sint in ipso altari, sed alibi prope illud, v. gr. si in Credentia ex oblatione sint relictae, prohibetur non consecrari, quamvis Sacerdos ante haberet intentionem eas consecrandi. Tum quia non videtur conaturaliter designari per *ly hoc*; tum quia praesumi non debet Sacerdos voluisse intentionem suam extendere ad eas contra praesentem & praecipuum Ecclesiae consecrandas in eo loco, in quo non possunt sine gravi culpa consecrari.

2. Si sint posita latens in altari, sed alibi extra corporale ad quos, res est dubia, & maxime pendet ab intentione Sacerdotis. At si posita sint, non quidem supra corporale, sed prope illud v. gr. a parte Evangelii inter librum & corporale, videtur consecratae, quamvis Rubricae praescribant, ut ponantur supra corporale; sicut vere consecratur in ciborio clauso super corporali posito, licet Rubricae praecipiat tunc aperiri in ipsa consecratione, sicut in prima oblatione: nam possunt sufficienter demonstrari per *ly hoc*.

3. Guttae vini, quae calicis separant a toto adhaerent extrinsecus, non consecratur: cum enim consecrari licite non possint, praesumi non debet Sacerdotem intendere eorum consecrationem. De his vero quae intra cippum sunt separata a toto, variant sententiae: unde pro praxi expedit, ut Sacerdos semel pro semper intendat non consecrare nisi id quod est praesens continuum.

4. Sacerdos de vera hostiarum consecratione rationabiliter incertus, vel dubius, debet eas sumere post sanguinem: vel si nimis multae sint, rogare alium Sacerdotem, ut in suo sacro; dum utram aut alteram hostiam absolute consecrat, simul eas intendat consecrare sub conditione, si non sint consecratae; vel id ipsae die sequenti in suo sacro faciat. Quod si dubium sit de valore consecrationis alterius materiae pro sacrificio constituta, debent iterum verba consecrationis super illam materiam proferri sub conditione; & si dubium sit de valore materiae, v. g. quia praesumitur vinum esse acetum, vel aqua plurima vino mixta, debet certam aliam consecrare, ne sacrificium imperfectum relinquatur, & post Communionem sumere materiam dubiam.

Quest. V. An ad validam consecrationem necesse est, ut materia consecranda determinetur in particulari per intentionem Sacerdotis?



*Resp. Affirm.* Quia i. Missal. Rom. de deficiibus sic habet: *Si qui habet coram se undecim hostias et intendat consecrare solum decem, non determinat quod decem intendit, non consecrat, quia requiritur intentio. Secus, si putans quidem esse decem, tamen omnes voluit consecrare, quas coram se habebat; nam tunc omnes erunt consecratae, atque ideo quilibet Sacerdos talen intentionem habere debet, scilicet consecrandi omnes, quas ante se ad consecrandum positas habet.* 2. Quia actiones sunt circa singularem determinata: ergo intentio Ministri, quae est causa practica consecrationis, ferri debet circa materiam determinatam. 3. Cum forma Eucharistiae sit demonstrativa, exigit determinationem vel demonstranda: res enim indeterminata demonstrari nequit. Non est tamen necesse, singulas hostias designari quoad numerum, sed sufficit eas designari in toto objecto quod proponitur: v.g. ut Sacerdos intendat consecrare omnes hostias praesentes, est ignoret illarum numerum, vel circa illum errat, ut patet ex Rubrica cit. Immo si plures hostias habet quam sumere stituerat, omnes consecratur; quia omnes sunt ei moraliter praesentes, & intendit consecrare id quod praesens est. Nec error speculativus tollit intentionem absolutam conservandi materiam praesentem; quam ut debita censetur habere implicite, nisi eam expresse excludat. Hinc si putans se tenere unam hostiam, post consecrationem inveniret fuisse duas simul hostias, in suspensione fuit utramque. Missal. Rom.

*Quest. VI. An potest ministrum materia potest valide consecrari?*

*Resp. Affirm.* modo fit sensu perceptibilis: nam talis materia potest esse signum sensibile, & per verba consecrationis ad sensum demonstrari. At si particula panis, vel vini, ita sint exiguae, ut nequeant naturaliter sensu percipi, non possunt valide consecrari, quia non possunt demonstrari praesentes in ordine ad sensum, prout exigunt voces *Hic & Hoc*, & quia Sacramentum debet esse signum sensibile. Non potest autem fieri consecratio, quin consecratur Sacramentum.

*Quest. VII. An potest valide consecrari materia in maxima quantitate?*

*Resp. Affirm.* modo fit secundum se totam moraliter possens consecratur. Ita committitur. Quia 1. Christus nullam certam quantitatem deservit, & absolute dedit Sacerdotibus potestatem consecrandi panem & vinum absque limitatione ad certam aliquam quantitatem. 2. Quantaecumque sit materiae quantitas praesens, designari potest per pronomen *Hoc*, & verbaliter forma. Non licet tamen majorem quantitatem consecrare, quam tempore opportuno possit absumi: quia periculum esset ne species purerent. Quod si consecratur nimis magna quantitas cum injuria Sacramenti, erit abusus potestatis a Christo concessae, qui non impedit substantiam Sacramenti.

*Quest. VIII. An panis sine vino, vel vinum sine pane consecrari potest?*

*Resp. n.* Non potest licite. Quia, 1. Christus praecipit, ut utraque materia consecraretur, per haec verba: *Hic facite in meam commemorationem*, 1. Cor. 11. Sic enim Conc. Trid. sess. 22, cap. 1. interpretatur. 2. Eucharistiae institutio exigit utriusque consecrationem. Nam Eucharistia, ut est Sacramen-

tum, instituta est ad modum & signum integri convivii, quod cibo & potu perficitur; & ut est Sacrificium, est incrementa ac mystice immolatio Christi constituit modo quodam mortuo sub speciebus per consecrationem, & expressa, representatione Sacrificii crucis, quod per realem separationem Sanguinis a Corpore in cruce petatum est. Sed ad hoc necesse est, ut ambae materiae consecrentur, & sub illarum speciebus Corpus & Sanguis mystice separentur, & expresse repraesententur, ut separatas fuerint in Cruce: unde ex institutione divina consecratio utriusque speciei est Sacrificii substantia & integritate. Hoc autem Sacramentum non constituit nisi in Sacrificio, ac proinde jus divinum, exigit utriusque materiae consecrationem. 2. Ecclesia id prohibet, ut patet ex eius usu, & Missal. Rom. de defest.

*Resp. 2.* Valide tamen una materia sine alia consecratur. Quia, 1. Christus prius tempore per verba de praesenti consecravit unam materiam, quam altam: sic etiam Sacerdos consecrat, & hostiam adordandam populo proponit ante vini consecrationem. Quare si sacerdos per impotentiam, vel malitiam non consecraret vinum, non ideo efficeret, ut species panis consecrata, non esset vere consecrata. 2. Veritas & consecratio formae, per quam consecratur una species, est absoluta, & independens ab altera forma consecratioe alterius speciei, ac proinde exigit, ut Christus fit statim sub tali specie consecratioe independenter ab altera, & alioqui forma esset fallax.

*Quest. IX. Quenam est forma Eucharistiae?*  
*Resp.* Quisqve graviter tenetur profiteri totam formam, quae in canone legitur, ob usum & praecipuum Ecclesiae in re tam gravi. Formam per consecrationem panis, haec est: *Hic est enim Corpus meum*; pro vino ista: *Hic est enim Calix Sanguinis mei, novi & aeterni Testamenti, Mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effunditur in remissionem peccatorum.* Verba autem essentialia formae debent profiteri assertive, seu cum intentione affirmandi id quod significant: nam ex Patribus & Conc. Flor. Sacerdos ea profert ex persona Christi, seu ut gerens personam Christi, & debet per illam intendere consecrare ac efficere quod significant.

*Resp. 2.* Ad validam consecrationem certum est requiri haec verba: *Hoc est Corpus meum. Hic est calix Sanguinis mei:* aut illis aequivalentia, quae significant clare ac distincte conversionem panis in Corpus Christi, & vini in Sanguinem: verba enim non efficiunt nisi id quod significant. Horum autem sensus est: Hoc contentum sub his speciebus, est Corpus meum, & Sanguis meus.

Hinc invalida est consecratio, 1. Si pro ly *hoc*, diceretur *illud*, quia ly *illud* non demonstrat rem praesentem. 2. Si dicatur *ibi* vel *hic* adverbialiter, quia voces illae significant tantum Corpus esse in pane, vel Sanguinem in vino; non autem veram conversionem panis in Corpus, aut vini in Sanguinem. 3. Si pro *ly Corpus* dicatur *Caro*, quia corpus plus significat quam caro; corpus enim est totum integrale consistans non solum ex carne, sed etiam ex ossibus, nervis &c. 4. Si dicatur, *Hoc Corpus est meum*: nam transpositio illa mutat sensum verborum Christi. 5. Si dicatur, *Hoc est Corpus Christi*: quia hic modus

loquendi longe diversus est, & haec verba non profertur ex Christi persona.

*Resp. 3.* Haec verba, *Hoc est Corpus meum, Hic est Calix Sanguinis mei*, aut aliis aequivalentia, ad validam consecrationem secundum communem Doctrinam sententiam sufficienti; & probant, 1. Ex Patribus, qui nulla alia verba pro forma praesignant. 2. Quia ista verba perfecte significant praesentiam Corporis & Sanguinis Christi, sub speciebus panis & vini: verba autem formae, utpote practica, efficiunt id, quod perfecte significant.

*Nota.* Ambrosius Caterius; Christophorus a Capite Fontium, Doctissimus Toutsen Monachus Benedictinus editor Operum Cyrilli Hierosolymitani, P. Bruns in explicatione Liturgiae Armenorum, ac alii pauci Catholici viri ad perficiendam Eucharistiam necessarium quoque existimant invocationem Spiritus Sancti. Hi vero consulantur in appendice. Vide §. de forma.

CAPUT II.

De praecipuo Eucharistiae, eius effectu, & dispositione.

*Quest. I. An exeat praecipuum sumendi Eucharistiam?*

*Resp. n.* Exeat praecipuum divinum aliquando eam sumendi. Patet ex Joan. 6. *Nis manducaveritis carnem Filii hominis &c. non habebitis vitam in vobis.* Et ex Conc. Trid. sess. 13, cap. 1. *Sani autem voluit Sacramentum hoc, tanquam spirituales animarum cibum &c.* quod ad omnes spectat. Hoc praecipuum ex communi sententia adultis obligat, 1. Plures in vita: nam ex Conc. Trid. loc. cit. Eucharistia instituta est per modum cibi spiritualis, quo anima nutriatur & confortetur, & est necessaria ex praecipuo ut cibis: ergo non raro ex praecipuo sumenda est. Christus tamen non determinavit frequentiam sumptionum, sed reliquit determinandam ab Ecclesia, quoad fidelium necessitas id exegerit. 2. Obligat in quovis probabili mortis periculo; ut in gravi morbo, instante consuetudine, difficili partu, periculosa navigatione, incisione, &c. Constat tum ex consuetudine totius Ecclesiae ministrandi Eucharistiam omnibus in periculo mortis versantibus, & tam in haec finem sollicitae asservandi, semper & ubique observata, quae ostendit id ex Traditione Apostolorum a Christo elaboratum manasse. Tum quia nunquam potest esse major necessitas iugis cibi instituti ad conservandam & roborandam vitam spirituales contra tentationes ac difficultates, quam in periculo mortis, in quo solent esse graviores, & ex qua pendet ultimo aeternitas, & imminet ultima lucta cum hoste ad decidendum de salute aeterna.

(1) Lambertinus de Synodo Diocesi. cap. 12. §. 3. quoad praevius in mortis articulo constitutus administrandam Eucharistiam ait, quod in eis non desideratur eadem aetas, ac si recte valentibus. In his morituris iudicio Parochi permittendum est, qui diligenti examine investiget, num tanta polleant perspicacia, ut Christum sub speciebus Sacramentalibus

Pluries autem in eodem morbo Viaticum dari potest, modo dies exeat ab altera viatici sumptione intercesserint. Ita Rituale Paroeciae.

*Resp. 2.* Omnes & singuli fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, tenentur singulis annis, saltem in Paschate, & communicandum, iuxta praecipuum sancti Marci Ecclesiae. Ita Conc. Trid. sess. 14, can. 9. ubi hoc negantes anathematizat. Et ex Conc. gener. Later. IV. c. Omnis de Poenit. & rem. ibi: *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata falsam semel in anno fideliter consecratur proprio Sacerdoti, & iniunctam sibi poenitentiam propriis viribus suavit adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistia Sacramentum: nisi forte de proprio Sacerdoti consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hisusmodi perceptione duxerit abstinendum; alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, & mortuus Christiana carere sepultura.* Circa observanda sunt sequentia.

1. Pueri tenentur ad Communionem, quando habent sufficientem usum rationis, ad discernendum Corpus Christi ab aliis cibis, & reverenter ac devote sumendum sunt idonei; quod alius citius, nempe circa an. XIV. contingit; licet pueri prius censentur obligari ad confessionem, quam ad Communionem plus requiritur discretio, & devotio ac reverentia. Nam ita Ecclesiae consuetudo interpretatur praecipua Confessionis, & Communionis pro materia subiecta; & Eucharistiae dignitas singulariter exigit manutentionem etatem, & majorem discretionem, ut possit convenirenti devotio ac reverentia sumi. Quare etas, quae urget obligatio communionis, est intra annum x. vel XII. & XV. ita ut nemo ultra differat, si iam sufficienter instructus, & recte dispositus; quia saltem communiter neque ante x. incipit, neque ultra XIV. differat plenior usus rationis requisitus. In periculo tamen mortis, pueri capaci confessionis, & sufficienter instructi, dandum est Eucharistiam Viaticum: nam in opereculo versatur, in quo expectare non potest tempus commodius ad Eucharistiam cum meliori dispositione recipiendam, ut praecipuo divino satisfaciatur, & aliunde potest reverenter sumere, & probare iam sufficienter per confessionem, non indigne sumat (1).

2. Per Pascha, ex Eugenio IV. Bulla *Fidei digna*, & usu Ecclesiae, intelligitur tota quaedam Dominica Palmatum ad Dominicam in Albis inclusive. Tamen in variis locis sine ex consuetudine, ex privilegio, sive ex necessitate, plus temporis conceditur.

3. Communio Paschalis fieri debet in propria Parochia, & sumenda de manu proprii Sacerdotis, vel eius delegati. Constat ex Ritualibus & variis Synodis, & ex consuetudine vim legis habente, & ita

firmiter credant, & adorent.  
Dixerat jam anteriori §. quod recte valentes potiri debent majori iudicii firmitate, ut debita religione, & reverentia ad Sacramentum accedant, quae plerumque firmitas adventu solei annum decimum inter, & decimum quartum aetat



interpretante canonem Concilii Lateran. Unde Sacra Congreg. Cardin. declaravit an. 1612. seculares non satisficere precepto Ecclesiastico pro Communionem factam in Ecclesiis Regularium (\*). Sacerdotes tamen seculares ex consuetudine satisfaciunt celebrando in Ecclesia, cui additi sunt per suas functiones. (\*\*)

4. Vagabundi tenentur Eucharistiam suscipere in ea parochia, in qua eorum versantur; nam ibi sunt vere subditi, & non habent alium certum parochum, vel pastorem: unde ibi censetur habere domicilium eo modo, quo illius sunt capaces. Ita Suar. l. 9. in fine. Sac. c. 9. ubi idem est verus census de peregrinis, quia reputantur tamquam non incolas illius loci, in quo tempore Paschali inveniuntur, ut declarat Eugenius IV. & Parochus illius loci est propinquus coram Sacerdote, nisi tamen ipse Parochus interveniat licentia saltem tacita, quae ex consuetudine innotescit.

5. Confessor potest ex iusta causa Communionem Paschalem penitentis ultra quindena differe, ex Conc. Later. cap. Omnis cir. immo tenetur, si iudicet differendam esse abolitionem: enim vero cum Communionem pendat ab abolitione, qui potest ac debet hanc differre, potest quoque ac debet illam.

6. Huius precepto communicandi non satisficit per Communionem sacrilegam. Nam 1. Innoc. XI. oppositum damnavit. 2. Ecclesia expressit in precepto modum excommunicandi Communionem sacrilegam: nam, cap. Omnis, precepit, ut omnes suscipiant reverenter, ideoque non sacrilege. Preceptum autem non servatur, nisi servetur modus in precepto expressus: cum ipse præcipitur. 3. Preceptum Ecclesiæ est determinatio precepti divini de sumptione Eucharistiæ pia ac fructuosa, qua anima alatur, & ejus vita confortetur ac augeatur, ex 1. Cor. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat. Et ex Conc. Trident. sess. 13. cap. 2. Sumi voluit Sacramentum hoc tanquam spirituales animarum cibum, quo alantur & confortentur viventes vita illius qui dixit: Qui manducat me, & ipse vivet propter me &c.

7. Qui ante quindena in sua parochia Eucharistiam sumpsit, tenetur iterum sub mortali eam libi sumere intra quindena. Nam quando per preceptum determinatur tempus, non impletur saltem integre, nisi eo tempore: sicut qui die Sabbati audivit Missam, non est immunitus ab obligatione eam audiendo die sequenti. Præterea non satisficit precepto Eucharistiam in Paschate suscipiendi. Hinc agrotis pa-

(\*) Veritum est Regularibus in suis Ecclesiis distribuere una tantum die Paschali Resurrectionis Eucharistiam secularibus: ceteris vero diebus id possunt circa ullam prohibitionem: Non fatisfit precepto Communionis Paschalis a secularibus. Lambertinus de Syn. Dioces. lib. 3. c. 42. §. 3. Nec fatisfit recipiendo Communionem extra Parochialem Ecclesiam, ad eundem Metropolitanam. Item Inst. Eccl. 1. §. 12. Fœmuli quoque & Famula seculares utriusque sexus, etiam si habent in atrio Monasteriorum muro circumvallati, tenentur Communionem Paschalem in Ecclesia Parochiali, intra cuius fines est Monasterium, recipere nisi ex Decr. Sac. Congreg. Sæp. de ijsdem est: neque enim habitatio illa in-

terloci, etiam Communionem extra præferri Paschales dies sumuntur, in Paschalis diebus illam deferre, ac ministrabit Parochus (ait Rituale Rom.)

8. Qui intra quindena non communicavit, tenetur adhuc postea intra eundem annum quamprimum communicare. Quia hoc preceptum non est sicut preceptum jejnandi, vel audiendi Missam tali die, sed continet virtualiter duo precepta, alteram communicandi semel in anno, alterum in Paschate: ita ut Communionis annua primario precepte sit præcipiatur ad implendum preceptum divinum super die vita communicandi, nec alligetur Paschale, sicut Sacri auditio affixa est die festo. Quod satis indicant hæc verba legis Concil. Later. ad minus in Paschate, & illa Conc. Trid. singulis annis saltem in Paschate. Et vero Ecclesia debuit, exigente scilicet negligentia, determinare tempus observandi preceptum divinum communicandi pluries in vita, ideoque & obligare ad Communionem post Pascha eos, qui in Paschate omisissent. Ergo cum adhuc servavit preceptum Ecclesiæ quantum ad id quod est magis principale, durat obligatio toto anno, donec impletur.

Immo juxta Suar. Azor. Reginald. & alios, est obligatio continua communicandi quamprimum moraliter fieri potest post Pascha, ita ut semper nova culpa admittatur, quoties data opportunitas non impletur. Quia tempus Paschæ non est tantum determinatum propter sollempnitatem, & majorem congregationem hujus temporis, sed etiam ne diutius differatur communicatio, unde preceptum est affirmativum, quantum præcipit Communionem, & simul implicite negativum, quatenus prohibet ejus dilationem ultra Pascha: & probant etiam ex usu Ecclesiæ: nam qui Communionem omisit, censuris & minis compellitur ut quamprimum communicet. Aliud est de auditione Sacri, quæ præcipit præcipitur ob diem sacrum, & in illius honorem, tanquam opus assuetum diei, siquæ eo transacto non obligat, ut constat ex sententia & praxi Ecclesiæ. Sicut ergo cum tributum exigitur in certum diem, eo transacto, statim semper solvi debet, ita &c. Hinc qui toto anno non communicavit, tenetur in confessione dicere, quoties id per annum omisit, cum possit commode communicare, nam toties peccavit.

Sed Delugo docet, tunc remanere obligationem communicandi, non quidem statim post Pascha, sed solum ante finem anni, quia, inquit, cum præceptum

tra festo, & annos Monasteriorum sunt, quod requiritur a Tridentino, ut famuli excommunicati a Parochia. Inst. Eccl. §. 7. & 8.

(\*\*) Sacerdotes Missam celebrantes non tenentur Precepto Paschali satisficere in sua Parochia, si tamen raro intra annum celebrant, nec volunt, ut sui possint celebrare Missam in Paschate, tenentur tunc communicare in Ecclesia. Lambertinus Inst. Eccl. §. 7. & 8. Item Inst. Eccl. §. 8. 10. ait, omnes sacerdotes cuiuscunque sint Collegiæ teneri Feria V. in Cœna Domini Sacramentum St. Eucharistiæ recipere, & manibus Celebrantibus, ut edicimus Decreta Sac. Congreg. apud Bissum V. Communioni n. 35.

prum communicandi in Paschate nequeat jam observari, nec proinde obliget, solum manet obligatio alterius precepti, communicandi saltem semel in anno: hoc tamen non obligat ad communicandum hoc mensis potius quam illo, sed ad communicandum semel hoc anno. Addit, censuram indigi solum propter transgressionem præteritam precepti, quod obligat hac censura infligenda a Prelato, qui non vult eam exequi nisi in eos, qui statim non communicaverint. (1)

9. Qui prævidet se non habiturum opportunitatem communicandi in Paschate, nec postea hoc anno, tenetur prevenire. Quia tenetur singulis annis communicare: obligatio autem quæ cadit in totum tempus, impleri debet initio, si in decursu, vel in fine impleri nequeat: nam utget in ea temporis parte, qua potest impleri, ut patet in Precepto audiendi Missam, quam tenetur primo mane audire, qui postea non potest: quia preceptum obligat pro illo die, prout impleri potuit. Qui vero tempus prævidet, tenetur communicare, si postea possit, in Paschate, quia non satisficit huic alteri obligationi communicandi in ipso Paschate, & iam potest si satisficere.

10. Ad veram Communionem necesse est, ut Eucharistia per os in stomachum trajiciatur, & in eo recipiatur: nam hoc requiritur ad veram manducationem & suspensionem alimenti. Unde si quis tandiu teneret hostiam in ore ut in eo dissolveretur species, aut si mororetur antequam in stomachum descendisset, reipsa non communicasset, nec reciperet gratiam.

Nota. Non licet pluraquam semel eodem die communicare, ut constat ex omnium consensu, ex consuetudine vim legis habente, & ex c. 3. de celebr. & cap. Sufficit, de consecr. dist. 1. Qui canones licet loquantur de solo Sacerdote, tamen ab omnibus extenduntur ad laicales Communionem, & merito: nam facilis Sacerdos ob utilitatem totius Ecclesiæ permitti potest his celebrare. Ratio prohibitionis est reverentia ratio Sacramento debita, & ut aprius representaretur unica Christi mors, que semel contigit. Hinc si quis ex die, quo communicavit, incidat in periculum imminens mortis, juxta Doctores omnes, aut sepe omnes, inquit Delugo, non est licet iterum eadem die communicare: quia nunquam licet his communicare eadem die extra Missam nisi quando propter reverentiam Eucharistiæ necesse est, ut ab aliquo consumatur. Neque tunc est necessitas secunde Communionis: talis enim satisficit precepto divini communicandi in fine vitæ; nam communicavit tempore proximo mortis, ac proinde moraliter censetur communicasse in periculo mortis, licet id ignoret. Rituale tamen Metense contrarium docet. (2)

(1) Qui Precepto Paschali de Eucharistia sumenda non satisficit tempore apto, etiam post illud tenetur, & cogi potest pariter ad Eucharistiam sumendam Lambertinus Inst. Eccl. 45. §. 15.

(2) In Opere de Syn. Dioc. c. 11. ait Lambertinus, quod quisque mane sumpsit Eucharistiam, vesperi vero decidit in lethalem morbum, liberum e-

Ad Eucharistiæ administrationem quod attinet, duo capita occurrunt in citato Opere de Syn. I. quorum in priori, quod ordine est 13. de Viatico agitur, exhibendo, vel non exhibendo ei, qui post preceptam mane Sanctissimam Eucharistiam eadem die prædeserat timetur moriturus, ut quæ recentis hinc inde opinioibus, fluctatur, in tantâ opinioibus variatur, auctoritatem discrepantiam, inprimis est Parochus, eam sententiam amplecti, que sibi magis visetur, quin hæc vixi replari Statuti Synodalis, quod certe non potuit consensum extraordinarium respicere. Neque fas est Episcopo, aut in Parochum animadvertere, qui præfatus agrotanti Viaticum denegavit; aut quidem de ejusmodi controversia in sua Synodo decernere, ne videatur sibi arrogare partes iudicis inter generalissimas, hæc super se, secum contentendens Theologo.

In altero vero capite, quod est duodecimum, Primus Mand tenetur delinquere, ait, qui sacro etiam dudum, & perspicaci ingenio, summi ex hac vita migrare non Viatico, hanc unam ob causam, quia scilicet nunquam ante, Parochorum certis curia, & assistentia, Eucharistiam panem de eucharistia, atque probare quodammodo videtur Suaveri sententiam, qui docet, omnium, qui sunt ad hoc capaces, postis in vita discrimine, illud esse ex divino precepto porrigendum. Secundo. Possit, ait, interduum debere Episcopum consistere, ne Parochi veniant Sanctissimam Eucharistiam iterato deferre ad agrotos, qui etiam perseverant eodem morbi periculo, idem lapsus, per modum Viatici, cum naturale jejuniū servare nequeant, percipere cupiunt. Tertio. De frequenti Communione movet, ait, cavere Episcopos, ne aut universis improbet, aut omnibus indiscriminatim suadeat, quotidianam ad sacrum Mensam accessum. Deinde ex decreto ad hunc de frequenti Communione, præcedendum, jubente, ac approbante Innocentio XI. die 22. Feb. 1679. promulgato hæc verba transcribit. In hoc iterum Patrum diligentia postquam invigilavit; non ut a frequenti, aut quotidiana sacre Communionis sumptione, unica precepti formula alii deterrerentur, aut sumendi dies generaliter consisterent, sed magis quid singulis prebitendum, per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum putet, illudque omnino provideat, ut nemo a sacro Convivio, seu frequenter, seu quoties accesserit, repellatur, & nihilominus des operari, ut unusquisque digne pro devotionis, & preparationis modo, variis, ac pro divini communicandi in fine vitæ; nam communicavit tempore proximo mortis, ac proinde moraliter censetur communicasse in periculo mortis, licet id ignoret. Rituale tamen Metense contrarium docet. (2)

die sine abstineat, nec potest ab Episcopo ad struendum adigi.

Ceterum extreme agrotantibus, eodem periculo mortis diutius perseverante, potest & debet semel, iterum, tertio Viaticum conferri petente agrotis: sed quoties, & quantum temporis intercedere necesse sit inter unam, & alteram Communionem, nihil definiendum Pontifici censet. Ibid. lib. 7. c. 23. §. 4.